UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Preceptoriu[m] Domini Gotscalci Hollen de ordine Heremitarum sancti Augustini

**Hollen, Godescalcus**

**Nurmberge, 1521**

**VD16 H 4471**

Preceptum Quartum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30748**

Visual Library

A more ⁊ veneratione: ⁊ adorant viliſſimam
cartulā atramēto ſcriptā: ⁊ velut diuinos
apices adorāt: ſed cum ſcripture diuine le=
gūtur: verba dei tonāt: ipſe dn̄s quodāmo
do pn̄s p̄ſentibꝰ loquit̄ ⁊ nō audit̄: aut fa=
ſtidioſe hoīes audiunt: aut qđ peius eſt fa=
bulis vacant. Impator lōge poſitꝰ de car=
tula loquit̄ ⁊ timet̄: ⁊ q̄ſi pn̄s in illa carta
adorat̄. Teſtimoniū dn̄i cuꝫ recitat̄ ab ali
quibus contēnit̄. Ipm ꝓphe clamant: apl̄i
p̄dicant ⁊ euangelia loquūtur p ſeipm hoi
bus fabulant̄ ⁊ nō audit̄. hec Aug. ¶ Sex
to ſcriptura diuina eſt audiēda obediēter
cum opis exhibitione. vt ſcꝫ verba q̄ audit
ope adimpleat. Idō dr̄ Iaco. j. c. Frēs eſto
te factores v̄bi: nō auditores tm̄ fallentes
voſmetipſos. Idō ſequit̄. Factor operis hic
in facto ſuo btūs erit. Nam fruſtra audiun
tur ⁊ memoria cuſtodiunt̄: ſi nō ope adim=
plent̄. Idō dr̄ Math. vij. Non oīs qui dicit
mihi dn̄e dn̄e non intrabit in regnū celoꝝ:
ſed q̄ facit voluntateꝫ p̄ris mei. Un̄ apoſto
B lus. Non em̄ auditores legis: ſed factores
iuſtificabunt̄. Ideo damnabunt nos ſarra
ceni: quia legem quam accepimꝰ a chriſto:
non obſeruamus. Sumus ergo peiores il=
lis: quia ipſi ſeruant legem cū ſtudio quam
acceperunt a machometo eoꝝ ꝓpheta: im
mo ſumus peiores iudeis: qui potius int=
rent mortem: antequā vellent tranſgredi
legem moyſi. Cuius exemplū ptꝫ. ij. Ma=
chabe. vij. de machabeis. qui ideo mortui
ſunt: quia noluerūt comedere carnes por=
cinas: quod eſt cōtra legem moyſi. vt patet
Leuit. xj. ¶ Septimo eſt ope adimplendū
ſine ceſſatione. ſ. ꝑſeuerando in bono ope=
re. Quia qui perſeuerauerit vſq; in finem:
hic ſaluus erit. Marci. xxiiij. Quaꝫ nobis
concedat ille qui cum patre viuit ⁊ c.

Explicit tertium preceptum.

¶ Incipit preceptum quartum.

HOnora patrē tuum ⁊ matrem tuam: vt lō
geuus ſis ſuper terraꝫ: quā
dominus deus tuus datu=
rus eſt tibi. Exodi. xx. Oīs
dilectio hominis in duobus cōſiſtit ſcilicet
dei ⁊ proximi. Ideo deꝰ poſt precepta pri
me tabule: que pertinent ad dilectionē dei C
voluit ⁊ poſuit precepta ſecunde tabule: q̄
ordinant hominem ad dilectionē proximi.
Inter proximos etiam ſunt nobis paren=
tes propinquiores. Ergo primo ponitur p̄=
ceptum de honoratione parentuꝫ. Et hoc
conueniens eſt: quia dicit magr̄ ſententia.
li. iij. diſ. xxxvij. Sicut primum preceptum
prime tabule reſpicit patreꝫ in diuinis: ſic
primum preceptum ſecūde tabule reſpicit
carnalem patrem. Quia ſicut ille eſt princi
pium creationis: ſic iſte eſt principium ge=
nerationis. Conueniens eſt ergo propter
duo. Primo ex ordine nature. Nam natu=
ra primo naturaliter agit in ſibi ꝓpinqua
diſpoſitione q̄ꝫ in remota: vt ignis natura=
liter calefacit partē aeris ſibi propinquam
magis q̄ꝫ remotā. Cum ergo natura filiorū
ꝓpinquior ſit nature parentū q̄ꝫ alioꝝ: q̄a
eſt orta ⁊ deriuata ab eis naturalit̄: ⁊ reci
pere inclinat̄ vt citius ſubueniat ⁊ agat in
naturā parentū q̄ꝫ alioꝝ. Un̄ dicit Baſiliꝰ
ꝙ ciconie naturali inſtinctu cum vident pa
rentes confectos ſenectute: in volatu ſup= D
portant eos ⁊ in pluuijs calefaciunt: ⁊ ali
menta eis ꝓcurant. Iſta rō tangit̄ per ſpi=
ritūſanctū. Eccl̄i. vij. vbi dicit̄. Honora pa
trem tuum: ⁊ gemitus mr̄is tue ne obliuiſ=
caris. Memēto q̄m̄ niſi p illos nō fuiſſes.
Idō retribuas illis q̄m̄ ⁊ illi tibi. Secūda rō
eſt q2 v̄a charitas debet eē ordinata. iuxta
illud Can̄. ij. Ordinauit in me charitateꝫ.
Sup quo verbo dicit Ambro. ꝙ oēs pxi=
mos ex charitate debemꝰ diligere: non ſo=
lum verbo vel lingua: ſed opere ⁊ v̄itate.
Ergo in tali dilectione ordo eſt ſeruādus:
vt p̄mo deū: ſcđo parētes: tertio domeſti=
cos: q̄rto oēs alios. Ideo dicit apſus. j. ad
Thimo. v. Si q̄s ſuoꝝ ⁊ maxime domeſti
corū curam nō habet fidē negauit: ⁊ eſt in=
fideli deterior. Quā regulam chr̄s cū ſue
mr̄is curam hr̄e nō potuit: relinquēs mun=
dum ⁊ vadens ad p̄rem: Ioanni euange=
liſte eā cure cōmiſit. Ergo honorare paren
tes eſt ꝯmū p̄ceptū ſcđe tabule. Et ꝙ chr̄us
dixit. Honora p̄rem tuuꝫ ⁊ mr̄em tuam: vt
longeuus ſis ſup terram quam dn̄s deꝰ da
turus eſt tibi. In q̄ p̄cepto quatuor ponit.
Primo actuꝫ, ibi, Honora, Scđo obiectum

E ibi. Patrē ⁊ matrem. Tertio ꝓmiſſum. ibi.
Ut ſis longeuꝰ ſup terrā. Quarto locum.
cū addidit ibi: qua dn̄s deꝰ tuus daturꝰ eſt
tibi. ¶ Circa qđ notandū ꝙ peccant primo
cōtra illud p̄ceptū: q̇ parētibꝰ carnalibꝰ de-
bitum honorē non impendūt. Qui faciunt
directe cōtra diuine legis p̄ceptū: cōtra di-
uine legis ꝓmiſſuꝫ: ꝯtra naturalis legꝭ in-
ſtinctū. Primo facit ꝯtra diuine legis p̄ce-
ptum. In quo dicit̄. Honora patrem ⁊ ma
trem tuam. Eccli. vij. Honora p̄rem tuuꝫ:
⁊ gemitus m̄ris tue ne obliuiſcaris. Quia
mater noſtra decem mēſibus nos in vtero
portauit: ⁊ cum dolore nos peperit: cum
magno labore nos nutriuit. Ergo gemi-
tus illius nunq̄ꝫ debemus obliuiſci. Nō il-
lius eſt: quia tria nobilia recepimꝰ a parē-
tibus noſtris eſſe: nutrimentū ⁊ doctrinā:
quoꝝ nullum recōpenſare poſſumus. Un-
de Ariſtote. ix. Ethicoꝝ. Magiſtris dijs ⁊
parētibꝰ nō poſſumus reddere equiualēs.
Ergo deo qui nos creauit: parentibus qui
nos genuerunt: magiſtris qui nos docue-
F runt: nō poſſumꝰ cōdignam recompēſatio
nē facere. Idō dixit Thobias eiuſdē. c. iiij.
ad filium ſuum. Honorem habebis ad ma-
trem tuam ⁊c̄. Sic quilibet pater debet pu
erum ad hoc tenere ⁊ informare: vt ma-
trem ſuam honoret. ſicut ille Thobias do
cuit filiū ſuū. Et ſil̄r quelibet mulier debet
filium ad hoc tenere: vt patrē habeat ī ho-
nore ⁊ reuerentia. Eccli. iij. Qui honori-
ficat patrem ſuū vita viuet longiori. Hic ho
nor ſtat in ſeptem. Primo ī cordis dilectio-
ne. Ideo dicit Ambro. ſuper illud Can̄. ij.
Ordinauit in me charitatem. Primo dili-
gēdi ſunt parentes. Sup quo dicit Aug. ꝙ
amor parentū eſt p̄ponēdus amori filioꝝ.
Cōtra hoc faciūt q̇ parētes odiūt ⁊ optāt
eis mortē: vt eoꝝ hereditatē capiāt: ⁊ ſm̄
motū ꝓprie voluntatis viuāt: qđ eſt valde
rep̄hēſibile ⁊ grāde pctm̄: qđ ſic ꝓbat̄: q2 di
cit Io. in cano. ſua. Qui odit fratreꝫ ſuum
homicida eſt. Si hoc intelligit̄ de ꝓximo:
q̇d tūc erit de illo qui odit parētes ſuos: q̄s
plus diligere tenet̄. Querit̄ vtrū plus filij
diligāt parētes q̄ꝫ ecōuerſo. R̄n̄r ꝙ natura
liter parētes plus diligūt filios q̄ꝫ econuer
ſo. eo ꝙ magis ſciunt parentes q̄ꝫ filij: ꝙ ab

eis ſunt geniti. Hoc intelligendum eſt na-
turaliter ⁊ cōiter: licet aliq̄n fallat. Ergo G
merito parentes diligendi ſunt a puerꝭ q̄s
ipſi ita tenerrime diligunt. Un̄ Baſilius.
Parētes noſtros ſicut ꝓpria viſcera diliga
mus. Sed q̄ꝫuis q̇dā hoc dicunt ore corde
tn̄ nō diligūt parētes ſuos. Cuiꝰ exemplū
ponit̄ in hiſtoria britonum de leyr rege bri-
tannie: ſicut dicit Brutus in chronica ſua:
ꝙ habuit tres filias. ſ. gormorillā: ragan ⁊
cordoillā: ⁊ nō habuit maſculinā ꝓlē. Qui
rex ꝯgregatas filias ſuas de amore ſuo ſci
ſcitatus eſt. Prima reſpōdens ꝑ curiam ce
leſtem teſtatus eſt ꝙ plus eum diligeret q̄ꝫ
aīam in ſuo corpore. Cui p̄r. Quia meā ſe-
nectā tue vite prepoſuiſti: te tali maritabo
quē elegeris cum tertia p̄te regni. Ragan
vero que ſecūda erat exēplo prioris: beni-
uolentiā p̄ris accip̄e volēs: iurando dixit
aliter exprimere ſe non poſſe q̄ꝫ ꝙ eum ſup
oēs creaturas diligeret. Credulus pater
illi aliam partem regni promiſit. Sed ter-
cia cordoylla intelligens patrē filiaꝝ adu-
lationibus acquieuiſſe dixit. Nulla eſt mi H
pater filia que patrē ſuum plus diligere q̄ꝫ
ſe preſumat. Equideꝫ nullam eſſe que hoc
fateatur niſi iocoſis verbis veritatem cela
re nitebat̄. Nempe ſemꝑ te vt patrem dile-
xi ne a propoſito diuertar meo. Et ſi plus
vis. Quātum habes tm̄ vales: ⁊ tm̄ te dili
go. Iratus pater eam expertē regni fecit:
maritās eam in partibus gallicanis vltra
marinas partes. Sed poſtea per p̄mā ⁊ ſe
cūdam filias ⁊ eoꝝ maritos fuit de regno
expulſus. Per tertiā vero filiam ⁊ eiꝰ ma-
ritum honorifice receptus: ⁊ in ſuum re-
gnum repoſitus eſt. Hec in paupertate fu-
it amica: ſed alie due fuerunt adulatrices.
Dubitat̄ an plus debeo diligere patrē aut
matrē. R̄ndet̄ patrem: quia pater ⁊ mater
ſunt principia generationis. Sed in gene-
ratione pater eſt ſicut mouens ⁊ operans
femina ſicut patiens. Et quia ſm̄ Ariſto.
ix. li. de aīalibus. excellentior eſt ratio acti
ui q̄ꝫ paſſiui. Nec obſtat ꝙ matres plus la-
borauerūt quia iſte labor eſt inuoluntariꝰ.
Dubitatur ſcđo an plus debeo diligere pa
trē vel filiū. R̄ndet̄ patrem debeo plus di-
ligere: quia ab eo plura recepi. vt dicit̄. ix.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ethicoꝝ. Diȷs magr̄is ⁊ parētibꝰ non red-
A dere poſſumꝰ equales. Dubitat̄ tertio an
plus debeo diligere p̄rem carnalē q̄ȝ ſpūa-
lem. R̄ndet̄. carnalem: quia efficiendo pa-
ter carnalis plus habet rōne efficientis q̄ȝ
ſpūalis: qui magis ſe habet vt inſtrumen-
tum. Dubitat̄ quarto: an plus debeo dili-
gere vxorē an parētes. Videt̄ ꝙ pentes: q2
dicit̄. ix. Ethico. diȷs magr̄is ⁊c̄. ſed vxori
poſſumus reddere equiualens. Itē de di-
lectione parentū habemus p̄ceptū decal.
ſed nō de vxore. Item. xxx. di. c. ſi qui filiȷ
habent̄. dr̄ ꝙ religioſus pōt exire ad ciban-
dum parentes pauperes. Sed contra Ge-
neſis. j. dicit̄. Propter hoc relinquet hō pa-
trem ⁊ matrem: ⁊ adherebit vxori ſue. Re-
ſpondetur ꝙ hoc intelligit̄ de matrimonio
contrahendo: filius debet relinquere ma-
trem ⁊ filia patrem: id eſt parentes nō de-
bent contrahere matrimonium cum filiȷs:
⁊ non intelligitur de ſubueniendo paren-
tibus. ¶ Secundo conſiſtit talis honor in
obſequiȷs famulando. Eccleſia. iij. Qui ti-
met deum honorabit parentes: ⁊ quaſi do
B minis ſeruiet eis: qui cum genuerūt in ope
re ⁊ ſermone ⁊ omī patiētia. Ideo tenent̄
eos ducere cū ceci ſunt: ⁊ portare cū infir-
mi ſunt ⁊ claudi: vel alia ſeruitia eis exhi-
bere. ſ. eos lauare: lectū p̄parare: vl' eos te
gere vel ſuis veſtibꝰ induere. Sed q̇dā ve-
recundant̄ de parētibꝰ ſuis ſi ceci ſunt vel
claudi aut male veſtiti. Et iō ſpernunt eos
aut verecundantur. Quibus accidit ſicut
cuidā ſcholari pariſiꝰ accidit. Qui cū eſſet
p̄cioſis indutus veſtibus ⁊ multū honora-
ret̄ a ſtudētibꝰ: cūqȝ viſitaſſet eū pater ſuꝰ
ī humili habitu timēs ip̄e ꝙ ſociȷ ſui cōtēne
rēt eū ſi ſcirent ip̄m talem patrē hr̄e: roga-
uit patrem: vt nullo mō indicaret ſociȷs ꝙ
ip̄e pr̄ ſuus eſſet. Et ſimulans eū eſſe vnū
de ſeruitoribꝰ p̄ris ſui: fecit eum comedere
cū familia domus: quod pater patiēter ſu-
ſtinuit. Sed cū finito prandio filius cū du-
xiſſet ad cameram ſecreto ⁊ queſiuiſſet ab
eo q̇d ei attuliſſet oſtendit ſibi pr̄ magnam
quantitatē pecunie quā ei attulerat dicēs
ꝙ nec aliquid ab eo hr̄e deberet. Negaſti
inquit fili mi me: ⁊ ego te denegabo: ⁊ de
cetero nūqȝ comedes vel bibes ex eo quod
ego tibi mittam. ¶ Tertio talis honor con- C
ſiſtit in obediendo. ad Ephe. v. Filiȷ obedi-
te parentibus veſtris in omnibus. Deute.
xxj. Si genuerit homo filiū cōtumacem ⁊
proteruū: qui nō audierit p̄ris aut matris
imperiū ⁊ coercitus obedire contempſerit
apprehendent eum ⁊ educent illum ad ſe-
niores ciuitatis illius ⁊ ad portam iudiciȷ
dicētqȝ ad eos. Filius noſter iſte ꝓteruus
⁊ cōtumax eſt: monita nr̄a audire contem-
nit: comeſationibus vacat ⁊ luxurie atqȝ
cōuiuiȷs: lapidibus obruet eum populus ci-
uitatis ⁊ moriet̄. Et hoc chr̄us nos docuit
ſuo exemplo: qui ſuis parentibus ſubditus
fuit. vt pȝ Luce. ij. Et erat ſubditus illis.
Unde ſciēdum ꝙ quilibet tenetur obedire
parentibus in licitis ⁊ honeſtis qn̄ aliquid
iubent: q̇d bonum eſt ꝓ ſalute anime: vt ad
miſſam ⁊ ad eccl̄iam ire ⁊ ad verbū dei au
dire vel tacere vel loqui vel laborare. Et q̇
cunqȝ pertinaciter vel ſcienter contrarium
faciunt peccant mortaliter. ¶ Quarto con
ſiſtit in dulciter r̄ndendo cū ab ip̄ſis corri-
D gunt̄. Vn̄ Eccl'i. iij. Maledictus eſt a deo
qui exaſperat matrem. Tenent̄ em̄ parēti-
bus dulciter r̄ndere cū ab ip̄ſis corrigunt̄.
Contra hoc faciūt qui dure ⁊ pertinaciter
⁊ inhoneſte reſpōdent ſuis parētibꝰ. Et in
hoc grauiter delinquunt. vn̄ hr̄ Marci. v.
Qui dixerit fratri ſuo fatue vel racha re-
us erit gehenne ignis: ſi hoc intelligit̄ de
hoīe aut fratre ſuo eū deridēdo aut ſcāda-
lizando: aut paruipendendo: quātum tunc
reus erit qui ſuū patrē nominat antiquū
fatuū vel ei maledicit: aut eum p̄cutit. Ta-
les hereditate priuari poſſunt. Nam dici-
tur extra de iureiurā. c. quinta uallis. Ibi
in gloſa ponunt̄ multi caſus in quibus pa-
ter poteſt filium hereditate priuare. Pri-
mus caſus ſi filius parentibus manus ītu-
lerit. Secūdus ſi grauē iniuriā eis fecerit.
Tertius ſi eos criminaliter accuſauerit de
cauſa q̄ non ſit aduerſus principē vel rēpu
blicā. Quartꝰ ſi cum maleficis conuerſat̄.
Quintꝰ ſi maleficus efficiat̄. Sextus ſi vi-
te parentū fuerit inſidiatus. Septimus ſi
vxori vel concubine patris ſe miſcuerit.
Octauus ſi ex dilapidatiōe filiȷ grauia ſu-
ſpendia ſuſtinuerint. Nonus ſi pro perſo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E na vel debito eius inquantũ poteſt fideiu-
bere noluerit. Decim⁹ ſi ꝓhibuerit eos fa-
cere teſtamentũ. Undecim⁹ ſi ꝯtra volũta-
tem parentũ inter arenarios ⁊ mimos per
ſeuerauerit: cum pater nõ fuerit illius pro-
feſſionis. Duodecim⁹ ſi filia vitam luxurio
ſam egerit: cũ parẽtes vellent eam ꝑ poſſe
dotare. Tredecimus ſi parẽtibus furioſis
curam nõ impenderit. Decimuſquartus ſi
parẽtem captũ de carcere reducere negle-
xerit. Hij caſus ponunt̃ in auten. vt cũ ap-
pel. cognoſcit̃. §. cauſis. col. viij. ¶ Quito
conſiſtit in prouiſione neceſſarioꝝ: hoc te-
nent̃ ꝓpter donũ qđ ab ipſis receperũt. ſ.
corpale nutrimentũ. Ideo filij qui paren-
tib⁹ nõ ſubueniunt in neceſſitatib⁹ peccant
mortaliter. vt ptꝫ ꝑ glo. Exodi. ij. que dicit
Hoc p̃cipit̃ filijs ꝙ honorent parentes offi
cio pietatis. ſ. ipſis in neceſſitatib⁹ ſubueni
endo. vñ Eccẽs. iij. Elemoſyna patris non
erit in obliuiõe. Poſſum⁹ in hoc vti exem-
plis. Inter q̃ p̃cipuũ ẽ exẽplũ chr̃i. Qui cũ
eſſet in anguſtia paſſiõis: tñ nõ eſt oblitus
mr̃is ſue: imo curã ipi⁹ habuit ⁊ eã cõmen-
F dauit Ioãni. vtꝫ Ioã. xix. Itẽ ipa irrõna-
bilia aĩalia dant nobis expla. Dicit̃ eñ de
grue: ꝙ qñ pr̃ ⁊ mr̃ eius depilati ſunt que-
rũt eis neceſſaria: donec habeãt pilos aut
moriant̃. Aliud exemplũ eſt ciconiarũ. De
quibus legit̃: qñ ſeneſcunt ꝙ filij parentes
ſuos in nidos ponunt: ⁊ velut infantes iu-
xta pectus ſe ponũt ⁊ fouẽt eos ⁊ nutriũt.
Si hoc volucres faciũt: qđ nõ debent face-
re hoies. Ergo valde ingrati ſunt q̃ parẽti-
bus non ꝓuidẽt cũ ſibi ꝓuidere pñt. Iđ di
cit apl̃s ad Epheſios. Filij reddite vicem
parentib⁹: q2 hoc acceptũ eſt corã deo. Uñ
exemplum ſcribit Ualerius lib. v. ca. iiij. ꝙ
debem⁹ parẽtibus in neceſſitatib⁹ ſubueni-
re. Cũ quedã mulier nobilis ꝓpter q̇ddam
flagitiũ fuiſſet morti adiudicata: noluit eã
iudex aliq̃ morte publica punire ꝓpter ho-
norẽ parentele. Sed incluſa eſt in carcere:
vt ibi fame periret. Filia vero eius q̃ erat
nupta de licentia iudicis eam in carcere q̊-
tidie viſitauit. Prius tñ diligenter perſcru
tabat̃: ne aliqđ comeſtibile ſecum deferret.
Illa vero extracto vbere ſingulis diebus
matrẽ lacte alebat. Cum vero iudex mira
retur ꝙ tãto tpe ſupuiueret: repertũ eſt ꝙ
ei a filia hoc fiebat. Tũc iudex pietate mo- G
tus matrem filie donauit. Ubi iam talis fi-
lia reperiret̃: ſed potius mr̃imonio habito
patrẽ ⁊ matreꝫ repudiaret: quod patuit in
alio tali exẽplo. ¶ Fuit q̇daꝫ vir diues ha
bens tres filias: q̃s maritauit cum multis
bonis. Finaliter pater finxit ſe depaupa-
tum. Acceſſit ad domuꝫ prime filie: q̃ ei ad
tẽpus miniſtrauit neceſſaria. Tandem de
pñtia patris importuna dixit ei: ꝙ propter
mariti improbitatẽ non eſſet auſa ei vlteri-
us aliq̇d miniſtrare. Audiens hoc pr̃ inge-
miſcens ait. Utinã haberem laqueũ. Et fi-
lia. Quid faceres cũ laqueo? Rñdit. Me
ipſum ſuſpendere vellẽ. Filia vero occulte
ordinauit ꝙ pr̃ inuenit laqueũ q̃tenus ſe ci
to ſuſpenderet. Pr̃ cogitans maliciam filie
accepit laqueũ occulte: ⁊ acceſſit ad ſecun-
dam filiã: que fecit ei ſicut p̃ma. Tandẽ di
xit patri: ꝙ ꝓpter malitiã viri non eſſet au
ſa ei aliq̇d miniſtrare. Qui dixit filie ſue.
Utinã haberẽ gladiũ. Ait illa. Pater quid
faceres cũ gladio? Rñdit. Meipm interfi-
cere vellẽ. Filia vero clam ordinauit: vt ci- H
to cultellum inueniret: quẽ pater accipiẽs
acceſſit ad tertiã filiã: q̃ eũ benigne recepit
⁊ ei ꝓmiſit q̃diu hr̃et buccellã panis cum
eo vellet impartiri. Tandem pr̃ occulte or-
dinauit ꝑ vnũ aliũ venientẽ ad filiam ⁊ di-
centẽ. Niſi daret ei vnicũ filium eius: opor
teret patreꝫ mori. Que rñdit. Si haberem
decem pueros mallẽ dare tibi anteq̃ per-
mitterem pr̃em meũ mori. Qui accipiens
puerũ diſceſſit. Pater ṽo cõſiderans beni-
uolentiã illius filie ab ea receſſit: ⁊ fecit ſo-
lẽne cõuiuiũ: ⁊ tres illas filias ĩuitauit cũ
maritis. Finito prandio pr̃ extrahens la-
queũ de mantello: dans prime filie dicẽs.
Ecce laque⁹ tuus ſuſpẽdas tu teipam quẽ
mihi p̃paraſti. Ad ſecũdaꝫ. Ecce cultellus
tuus interficias tu te. Ad tertiaꝫ ṽo dixit.
Ecce filia mea dilecta: hic eſt fili⁹ tuus di-
lectus: quem dediſti vt me a morte redime
res: tu poſt mortẽ meaꝫ habebis oĩa bona
mea. ¶ Sexto cõſiſtit talis honor in indul-
gentia commiſſoꝝ. Ideo dicit quidam. Si
defecerit ſenſu: veniam da illi. Ecc̃i. iij. Fi-
li ſuſcipe ſenectã pr̃is tui: ⁊ nõ cõtriſtes eũ

in vita illius. Contra hoc faciũt q̇dam qui
A ſemel offenſi a parentibus: ꝙ vix vel nunꝗ̃
eis parcere volũt. ¶ Septio ↄſiſtit vt poſt
mortem eis ſubueniant cũ bonis operibus
⁊ miſſis defunctoꝝ. Cõtra faciẽtes cõtra-
riũ ↄquerũt parẽtes illĩ Job. xix. c. Qua
re me perſequimini ſicut deus ⁊ carnibus
meis ſaturamini. Et merito: q̇a multa bo-
na acceperũt aliq̃n a parẽtibus: ⁊ vix ꝓcu
rant pro eis dicere vnam miſſam aut pau-
peri dant elemoſynam. Nam ſi quis vide-
ret pauperẽ in magna anguſtia ⁊ ei nõ ſub
ueniret peccaret. Sic eſt in propoſito quia
parentes noſtri ſunt in magnis anguſtijs
purgatorij ſi eis nõ ſuccurrimus grãde pec
catũ cõmittimus. Sciendum eſt ꝙ quilibet
tenet̃ ſubuenire illis aĩab9 quaꝝ bona hic
poſſidet. Et ſpẽaliter cõquerunt̃ de illis he
redibus q̇ eis nõ ſubueniunt de illis bonis
que hic poſt ſe reliquerunt. Et ipſi here-
des de hoc ſunt redditurĩ rationem coraꝫ
deo: ꝙ ipſis nõ ſubueniũt. ¶ Scđo hoc eſt
B contra legis diuine ꝓmiſſum. Primum eſt
pñtis vite elongatio. vt ptꝫ Exod. xx. Ho-
nora prẽm ⁊ mrẽm tuam. Sequit̃ ibidem.
Ut ſis longeuus ſuper terram. Et Eccĩ. iij.
Qui honorat patrem ⁊ matreꝫ ſuam; vita
viuet lõgiori. Et hoc eſt rõnabile: vt a quo
habet eſſe ⁊ vitam: ſi ei vitam ⁊ eſſe conſer
uat: congruum eſt ei vt ei vita ſua cõſerue-
tur. Ergo ecõtra qui nõ honorant: eorũ vi-
ta abbreuiat̃. Quia plurimi tales improui
ſa morte moriũtur. dicente pš. Subito de-
fecerũt ⁊ perierunt ꝓpter iniquitatẽ ſuaꝫ.
Scđm eſt filioꝝ ſuoꝝ iocũdatio. Eccĩ. iii.
Qui honorat prẽm ſuũ iocundabitur in fi-
lijs. In plurimis eñi hoc videmus ꝙ filij
eoꝝ in vita ꝑſeuerantur: ⁊ econtra qui non
honorãt eoꝝ filij ſepius moriunt̃. Cui9 ex-
emplum ptꝫ in Ceſario de illo qui inhono-
rauit matrem ſuam: ⁊ omnes eius filij in
breui defuncti ſunt. Etiam inueniũt filios
ſuos duros iuſto dei iudicio. ſicut dĩc Ari-
ſtoteles de quodaꝫ qui ꝑcuſſit prẽm ſuum.
Interrogatus quare hoc faceret? Rñdit.
q2 ipẽ ꝑcuſſit prẽm ſuũ: ita nũc fit ſibi econ-
uerſo. Quia eadẽ mẽſura qua menſi fueri-
tis: remetiet̃ vobis. Tertium eſt boni nois
⁊ fame diuulgatio. Melius eſt nomen bo-
num ꝙ̃ vnguẽtũ precioſum ⁊ diuitie mul C
te. Et ecõuerſo mala fama eſt multũ timen
da. Unde Eccĩ. iij. Male fame eſt qui relin
q̇t prẽm: ⁊ maledictus eſt a deo qui exaſpe
rat mrẽm. Quartũ eſt diuitiarũ accumula
tio. Ideo dĩ Eccĩ. iii. Benedictio pr̃is fir-
mat domos filioꝝ; ſed maledictio matris
eradicat fundamenta. Et econtra qui eos
non honorant: talibus infortunia reꝝ eue
niũt ⁊ frequẽter depauꝑant̃ captiuant̃ et
ſpoliant̃ a raptorib9: vel bona eoꝝ combu-
rũtur: aut equi ⁊ vacce moriunt̃. Quintuꝫ
eſt vite eterne cõſecutio. Et econtra: q̇ nõ
honorant: eterna vita priuant̃. Exo. xxiij.
Qui maledixerit pr̃i vel matri: morte mo-
riat̃ eterna. Sextũ eſt in p̃ſenti vita lauda
tio. Et ecõtra: qui nõ honorãt: cõfundunt̃
ſepe. Cui9 exẽplum ponit Ceſarius: ꝙ qui
dam diues cũ vxore ſua ceſſit omnibus bo-
nis vnico filio ſuo: vt ipſe ſponſam diuiteꝫ
ducere poſſet. Et filius promiſit patri ⁊ ma
tri ꝙ abundanter ꝙ̃diu viuerent ipſis pro-
uidere vellet. Et poſt aliq̇d tempus poſtꝙ̃
ſpõſaſſet iuuenculam vnã: ipa induxit ma D
ritũ: vt locaret parentes ſuos extra domũ
ſuã ſeparatim. Et ſic pr̃i ⁊ mr̃i primo ſatis
abũdanter ꝓuidit filius. Tandem clauſit
viſcera pietatis: ⁊ nimis tenaciter eos ꝓ-
curauit. Quadã die dñica vidit mater car
nes ferri in domum filij: ⁊ dixit marito.
Diu eſt ꝙ comediſtis carnes: ite hodie ad
domũ filij nr̃i ⁊ inuenietis bonã aſſaturã.
Tempore igit̃ prandij pr̃ venit pulſans ad
oſtiũ. Statim fili9 impi9 aſſatũ pullũ queꝫ
ipẽ ad comedendũ in ꝑtes diuiſerat: ad ca
pſam abſcondebat. Intrante aũt patre in-
terrogauit filius q̇d vellet? q̇ rñdit. Uole-
bã hic prandere: putãs hic aliq̇d boni eſſe.
Ait fili9. Uide: q2 nihil h̃ habemus. Rece-
dente pr̃e ⁊ oſtio clauſo pullus aſſatus ad
mẽſam ꝑ ancillã afferri ⁊ reponi iubetur.
Que viſo pullo cõuerſus eſt in horribilem
ſerpentẽ. Que territa fugit. Accedens vir
⁊ pullũ volẽs auferre: ſaltauit in collũ ei9
ſerpens: ⁊ ei ita fortiter adheſit ꝙ nulla ar
te nec medicamĩe poterat remoueri. Qui
ſtatim accedens ad epm̃: indicauit ſibi pla-
gam dei: qui ei ꝑ penitentia iniũxit: vt iret
ad oĩes maiores villas ⁊ ciuitates regni

E francle cõuocatis iuuenib⁹ ꝛ pueris: eis fa
ctũ narraret vt ſuos parẽtes nõ cõtẽnerẽt
ſed honorarẽt: q̄ ſic nouẽ annis iuit. Et eo
comedente ſerpẽs comedit: eo dormiente
dormiuit. Tertio h̄ ē ꝯtra legis nature in-
ſtinctũ: qđ ptʒ ꝑ tale exẽplum. Quidaʒ ha-
bens vxorem: q̄ habuit ex ea tres filios ſm
opinionẽ ſuam. Cui vxor eius cũ quadam
die cuʒ ea litigaret: obiecit ꝙ ipſe credebat
ꝙ tres hr̄et filios: ſʒ vnus tm̄ ſu⁹ erat. Re-
quiſito aũt viro ab ea q̄ ſuus eſſet: noluit ei
indicare. Deinde cum pater infirmaret̃ ad
mortẽ: ꝛ vxor defuncta eſſet: ipe faciẽs te-
ſtamentũ oĩa bona ſua dimiſit illi qui fili⁹
ſuus erat. Poſt mortẽ ꝟo eius facta eſt in-
ter eos cõtẽtio cui⁹ hereditas eſſet. Quili-
bet eñi dicebat ꝙ ipe eſſet filius ille: ꝛ ꝙ ſi-
bi debebatur hereditas. Et cũ hoc delatũ
eſſet ad iudicẽ: ꝑcepit iudex vt pr̄ mortuus
alligaret̃ ad arborẽ. Et ille qui directi⁹ in
eũ ſagittaʒ mitteret hereditatem haberet
Alligato aũt patre ad arboreʒ: duo ex illis
ſagitauerũt in eũ. Tertius vidit patrem ſu-
um ſagittari: offenſus eſt valde cõtra alios
F ꝛ dixit ꝙ nullo modo patrẽ ſuũ ſagittaret.
Ex quo cogitatũ eſt ꝙ ipe erat verus fili⁹
ſuus. Et data eſt ei hereditas. Simile iudi
cium dedit Salomon. iij. Reg. iij. duab⁹.
mulierib⁹: q̄ litigabant de puero vno. Illã
eñi perpẽdit eſſe matrem: que non poterat
pueri interfectionem tolerare.

¶ Honora patrem ꝛ matrẽ.

SEcundo peccant contra hoc prece-
ptum: qui derelinquunt in neceſſita-
te ꝛ egeſtate perſonas de ſua paren
tela. Quia qui dixit: honora patrem ꝛ ma
trem: in illo etiam dixit: honora parente-
lam tuam. Peccant ergo illi grauiter: qui
derelinquunt fratrẽ patris aut ſororẽ ma-
tris: aut alios de ſua parentela. vnde Ca-
to dicit. Cognatos cole. ¶ Circa quod no-
tandum ꝙ triplex eſt cognatio: ſcilicet car-
nalis: que ex cõſanguinitate ꝑpagat̃. Se-
cũda dicit̃ cognatio ſpiritualis: que ex cõ-
paternitate contrahit̃. Tertia dicit̃ cogna
tio legalis que ex adoptiõe cauſatur. Pri-
ma dr̄ carnalis. Iſta eſt multum colẽda ꝛ
honoranda. ꝛ hec ſm Raymundũ dicitur.
vinculum perſonarũ ab codẽ ſtipite deſcẽ-
dentium: carnali propagatiõe cõtractũ. G
Et dico ſtipitem illã perſonaʒ a qua aliqui
duxerunt originem. Unde ꝛ conſanguinei
dicũtur quaſi de vno ſanguine ꝓcedẽtes.
Tales inuicẽ contrahere non debent vſqꝫ
ad quartũ gradum incluſiue. vt ptʒ de con-
ſanguinitate ꝛ affini. ca. non debet. Durat
tamen ſm Hoſtieñ. quãtum ad ſucceſſionẽ
hereditatis vſqꝫ ad decimum gradum. vtʒ
xxxv. q. v. Ad ſedem. Tales cognati debẽt
ſe mutuo honorare. Ideo coniugium or-
dinatum eſt fieri inter extraneos: vt amor
ꝛ charitas dilatent̃ ꝛ extẽdant̃: vbi natu-
ralis amor minus feruet. ſm Auguſ. xv. de
ciui. dei. c. xvj. Etiaʒ dicit ideʒ Aug. li. xv.
de ciui. dei. c. j. Ut vehemẽti⁹ cõmẽdare-
tur ſocietas humane vnitatis: viculoqꝫ cõ-
cordie nõ ſolum nature ſimilitudine: verum
etiam cognationis affectu omnes necterẽ
tur: voluit deus vt ex vno hoĩe omne gen⁹
humanũ diffunderet̃. Debent ergo cogna
ti ſibi mutuo cõpati: ſicut membra eiuſdem
corpis. j. ad Cor. xij. Si patitur vnũ mem
brũ patiunt̃ omnia. Secũda dicit̃ ſpiritua-
lis: ꝛ euenit ex hoc ꝙ q̇s cõfert alicui ad ſa H
cramẽtũ baptiſmatis aut ꝯfirmatiõis. Uel
cũ q̇s ſuſtinet ſiue tenet illuʒ cui tale ſacra-
mentũ cõfert̃. Et cõtrahit̃ inter baptizatũ
ꝛ eum qui ſuſcipit. Item inter baptizatum
ꝛ filiũ ſuſcipientis: hoc dico ſi ſint legitimi
ſecus ſi eſſent adoptiui: q̇a tales filij ſuſci-
piẽtis legitime copulantur baptizato ſiue
ſuſcepto: vt dicit Innocẽtius. Itẽ cõtrahi-
tur inter baptizatũ ꝛ ſuſcipientis vxorẽ ſi
ante ſuſceptionẽ cognita ſit ab eo. Item in
ter ſuſcipientes ꝛ patentes baptizati hec
cognatio impedit ꝛ dirimit cõtractũ matri
monium. Et que dixi de ſuſcipiente intelli
ge etiam de baptizante. Et idem de ſacra-
mento confirmationis. Hec aũt omnia de
cognatione ſpũali patent in ca. nedum li.
vj. In alijs vero ſacramẽtis nulla cauſat̃
ſpũalis cognatio. extra e. q̄uis. li. vj. Per
cathecíſmũ vero contrahit̃ cognatio ſpiri-
tualis q̄ tantũ impedit cõtrahendũ: ſʒ non
dirimit cõtractum. vt ptʒ extra e. ca. per ca
thecíſmum li. vj. Nota ꝙ baptiſmus eſt no
bis magis neceſſarius q̄ꝫ alia ſacramenta
ꝓpter quinqꝫ. Primo quia poteſt cõferri ſi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne alijs ⁊ ecõuerſo. vtz de preſbytero non
A bap. c. ſi qs p̄ſbyter. Scđo quia ſine eo nul
la ſalus habet. de cõſe. diſt. iiij. firmiſſime.
Tertio quia p̄ ipm̄ venialia ⁊ mortalia di=
mittunt. de cõſe. diſt. iij. c. non ſunt. Quar
to quia p̄ ipm̄ plena fit remiſſio oim̄ pecca=
toꝝ. de conſe. diſt. iij. ca. ſine pnīa. Quin=
to quia eſt fundamentū ⁊ ianua oim̄ ſacra
mentoꝝ. vt ptz de bap. ⁊ eius effe. c. maio=
res. Et de conſe. diſt. iiij. c. Itaqꝫ. Ergo in
tali ſacramēto contrahitur talis cognatio
Nam ſicut in generatiõe carnali contrahi=
tur cognatio carnalis ex parte patrꝫ ⁊ ma
tris. Ita ex generatione ſpūali cõferēs ſa=
cramentum gerit pſonam dei pr̄is: ſed por
tans ad ſacramentum gerit perſonā eccle=
ſie mr̄is. In his concordat Thomas ⁊ pe=
trus in. iiij. di. xxiiij. Et ſciēduz ꝙ tres ſunt
ſpēs cognationis ſpūalis. Prima dicit cõ=
paternitas: que attendit inter ſpiritualem
patrem pueri ⁊ carnalem. Nam vnus com
patrū ſemp̄ eſt ſpiritualis pater filij: alter
carnalis. Alia eſt paternitas: ⁊ hec atten=
ditur inter illū qui ſuſcipit ⁊ eum qui ſuſci=
B pitur ſiue maſculus ſit ſiue femina. Tertia
dicit fraternitas q̄ attendit inter filiū tuū
ſpirituale͂ ⁊ filios carnales. De his tribus
ſpeciebꝰ dicunt doctores ꝙ ſpiritualis co=
gnatio non procedit ad nepotes ⁊ vlterio
res quia non habet gradus. Filia em̄ mea
cõtrahere poteſt cū filio filij mei: non cum
filio meo: qꝛ hoc eſt ꝓhibitū. art. xxx. q. iij.
c. j. Poſſunt tn̄ filij duoꝝ compatrum copu
lari ſiue ante compaternitatē ſiue poſt ſint
geniti: excepta ſola illa pſona p̄ quam com
paternitas eſt contracta: que nunqꝫ pōt co=
pulari alicui filioꝝ ſui pr̄is ſpūalis. vtz ex=
tra de cogna. ſpiri. ca. j. ⁊. xxx. q. iij. c. ſup
quibꝰ. ⁊. c. pitatiū. ¶ Querit vtrū aliquis
poſſet fieri cõpater alteriꝰ p̄ procuratorē.
Rn̄det. Si loq̄mur ſolū q̄ɫtum ad effectum
ꝓmittendi vel etiam tenendi p̄ ꝓcuratorez
ſpondere qs pōt. Sed ſi loquamur quātuz
ad naturā ⁊ cõpaternitatē corporalez ⁊ cõ
gnationem ſpūalē inde ſequentē: tunc com
paternitas cõtrahi nõ pōt: ſm̄ Archidi. ſu=
per primo cap̄. de cogna. ſpiri. libro. vj. Ui=
de Bartholū in fine legis. poſt mortem. ff.
de adoptio. Et qđ videt cõtra, extra de ꝓ=
cura. c. fi. li. vj. Soluit ſm̄ eū p̄ illud qđ no= C
tat extra de cõſe. eccl̄iaꝝ. c. aq̄. Idē tenet
Io. an. in q̄dā queſtiõe ſua diſputata. Ter
cia dr̄ cognatio legalis: ⁊ iſta venit p̄ ado=
ptionē. Hec impedit mr̄imoniū. ſ. ꝙ pater
adoptator non pōt cõtrahere cū filia ado=
ptata. Nec etiā filij mei cū ea. vtz extra de
cogna. legali. c. vnico. Ubi dicit. Si qua p̄
adoptionem ſoror mihi eſſe ceperit q̄ɫdiu
durat adoptio inter me ⁊ ipſam nuptie cõ=
ſiſtere nõ pn̄t. Ergo ea finita pōt contrahe
re. Dicit gloſa. in inſtitutis de nuptijs. §. ſi
qua. Tales om̄es tenent honorare pr̄es ⁊
patrinos. Ut igitur talis honor debitū ſor=
tiat effectū. ¶ Notandū eſt ꝙ pr̄es ⁊ pr̄ini
debent ⁊ tenent pueros imbuere in ſeptē.
Primo in fide catholica qđ maxime perti=
net ad patrinos. vtz de cõſe. di. iiij. c. Uos
ante omnia. Ubi dicit Aug. Uos ante oīa
tam viros q̄ɫ mulieres qui filios in baptiſ=
mate ſuſcepiſtis moneo vt vos cognoſca=
tis fideiuſſores apud deum extitiſſe pro il=
lis quos viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere. D
Ideo eos ſemp̄ admonete vt caſtitatē cu=
ſtodiāt: iuſticiā diligāt: charitatē teneant:
⁊ ante omnia ſimbolū ⁊ orōnē dn̄icā voſ=
metipſi tenete: ⁊ illis quos accepiſtis de ſa
cro fonte oñdite. Hec ibi. Super quo dicit
Archi. ī roſario. Cū p̄ſbyt oēs baptiſatos
de baptiſmo leuet oim̄ pater eſt ſpiritualis
⁊ om̄es docere tenet. Sed q̄a nõ poſſet oi=
bus vacare: patrinis cõmendantur vt eos
in ſimbolo ⁊ orōne dn̄ica ⁊ moribus inſtru
ant. Et iſti patrini dicunt fideiuſſores: q̄a
p̄ pueris ī cathecilmo ⁊ in baptiſmo reſpõ
dent. Abrenuncio. Credo ⁊c̄. Sed contra
obijcit. Si patrini docere tenent filios ſu=
os ſpūales ſimbolum ⁊ orōnem dn̄icam.
Ergo melius eſſet ꝙ vnus bonus ⁊ doctus
monachus virtuoſus eſſet patrinus q̄ɫ in=
doctus ruſticus: qui quandoqꝫ ſimbolum ⁊
orōnem dominicam ignorat. Cuius oppo
ſitū ꝓhibet canon. xvj. q. j. c. placuit. vbi in=
hibet monachis ne puerū de baptiſmo ſu=
ſcipiant. Et. xviij. q. ij. c. peruenit. vbi Gre
go. papa. abbati valentiniano ſcribit. Per=
uenit inquit ad nos: ꝙ in monaſterio tuo
paſſiue mulieres accedunt: ⁊ qđ grauiꝰ eſt
monachos tuos ſibi commatres facere le=

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E boꝛant ⁊ ſic incautam cõmunionem cũ eis
habere. Ne ergo occaſione humani gene-
ris inimicus: ſua eos quod abſit calidita-
te decipiat. Ideo huius precepti ſerie com
monemus: vt neqꝫ mulieres in monaſterio
tuo deinceps qualibet occaſione permit-
tas aſcendere: neqꝫ monachos tuos ſibi cõ
matres facere. Idẽ de cõſe. di. iij. c. non li-
cet. ꝓhibeť abbatibꝰ. ⁊. c. ſequenti. mona-
chi. Ratio huiꝰ eſt duplex. Prima eſt ne cõ
trahant incautam familiaritatẽ cũ mulie-
ribus. Secunda ne opoꝛteat mulieres cõ-
matres oſculari: ſicut in quibuſdam parti-
bus eſt conſuetũ. Ubi aũt iſta non timeren-
tur poſſet tolerari: ſicut fit in partibus ita
lie: vbi cõiter religioſi fiunt patrini ⁊ ma-
giſtri in theologia. Hec oĩa debent facere
patrini in pueritia: qꝛ in ſenio talia verecũ
danť addiſcere. Idẽ docet mgr̃ egidius li.
ij. pte. iij. c. iiij. cũ tribus rõnibꝰ. Prima eſt:
nã fides eſt ſupꝛa rõnẽ ⁊ ea q̃ ſunt fidei rõe
cõpꝛehẽdi non pñt. Ergo in tali etate ſunt
in fide imbuẽdi: qñ rõnẽ non q̃rũt dictoꝝ.
Scða ẽ qꝛ etas illa eſt creditiua ſimpľr: ſꝫ
ea q̃ ſunt fidei credimus. Ergo ĩ illa etate
F ſunt imbuendi q̃ad fidẽ: qñ magis credunt
ſed pueri citius credunt q̃ꝫ viri aut ſenes.
Tertia ẽ qꝛ ꝯſuetudo ẽ altera natura vt di
cit phs. Ergo q̃to aliq̃d magis eſt aſſuetũ
tãto magis eſt naturale ⁊ tãto feruẽtiꝰ ei
adheremꝰ. Cũ ergo ad illa magis q̃ ĩ infan
tia addiſcimꝰ aſſueſcimꝰ. ergo ⁊c̃. Secũdo
ſunt infoꝛmandi in ꝟtutibus moꝛalibꝰ. Uñ
Seneca in epľa. xcij. Nouis ⁊ virtuoſis pu
eri ſunt moꝛibus erudiendi: qꝛ in tali etate
facilius flectunť. Et ponit exẽplũ de arbu
ſtulis: q̃ in quãlibet partẽ flecti pñt: ⁊ tene-
ra aĩalia ſine laboꝛe pñt domari. Hoc etiã
Anſel. de ſiĺitudinibus dicit. Mollis cera
recipit imaginẽ ſigilli ⁊ retinet eandẽ cum
eſt indurata: ſic eſt de etate infantuli. Et ſi
cut indurata cera non bñ põt infoꝛmari: ſic
eſt etiã de etate idurata. Exẽplũ ponit eti-
am Aug. li. j. ꝺ ci. dei. de teſta vel de cipho
in queꝫ ſi pꝛimo infundiť liq̃r pꝛecioſus: ſcꝫ
balſamꝰ illũ ſapoꝛẽ ſemp tenet. Si aũt ꝑus
fetoꝛ infundiť tũc eundẽ fetoꝛẽ ſp retinet.
Ergo pꝛimo ſunt erudiẽdi in virtutibꝰ mo-
ralibus ⁊ ĩ ꝑceptis dei: quõ ea ſeruare de-

bent ſi volũt ſaluari. Iuxta illud Mat. xix G
ſi vis vitã ingre. ſer. man. In huius ſignuꝫ
hñt ꝑcepta ſcripta in manibꝰ ⁊ in pedibus
ſcꝫ in decẽ digitis ⁊ in decẽ pedicis. Item
ꝙ libẽter viſitẽt eccľiam ⁊ audiant miſſam
⁊ ſermonẽ exẽplo chr̃i: q̃ cũ eſſet. xij. anno
rũ aſcẽdit cũ parẽtibꝰ ſuis ĩ hierľm: ⁊ ſic in
cipiãt deo ſeruire in iuuentute. vtꝫ Tre. j.
Bonũ eſt viro cuꝫ poꝛtauerit iugũ dñi ab
adoleſcẽtia ſua. Tertio cauendi ſunt a ma
lis exemplis ⁊ ſocietate maloꝝ: q̃a magis
ſunt inclinati ad malũ q̃ꝫ ad bonũ: vt dicit
canon. xij. q. j. om̃is etas. Quia ad malum
ꝑ ſeipſos: ad bonũ aũt ꝑ gr̃am. Et etiã ha-
bẽt fomitẽ impellentẽ ad maluꝫ: vt pꝛobat
Egidiꝰ in li. de regimine ꝑncipũ: quia ſunt
molles ⁊ mollia faciliꝰ recipiunt impſſionẽ
q̃ꝫ dura. Ergo faciliꝰ recipiunt moꝛes illo-
rũ cũ q̃bus cõuerſanť. Scðo qꝛ faciliter q̃s
induciť ad id ad qð eſt ꝑnꝰ. Cuꝫ ergo ſunt
pꝛoni ad malũ: faciliter ꝑ malam ſocietatẽ
ad mala inducũtur. Tertio q̃a ſunt nimis
creditiui: ergo faciliter ꝑ malam ſocietatẽ
eis ſuadeť bonũ qð eſt malũ. Ergo cauere
debent parentes: ꝙ eoꝝ pueris nõ dẽt ma H
lum exemplum. Quia dicit Grego. ⁊ poni-
tur. xj. q. iij. c. ꝑcipue. Tot moꝛtibus digni
ſunt: quot exempla pꝛauitatis in poſteris
relinquũt. Sed heu aliqui infoꝛmant ſuos
pueros ad malum verbo ⁊ exẽplo: in quo
deum grauiter offendunt: ſicut choꝛiſare:
blaſphemare: potare. Ergo ꝑticipes erunt
omnium illoꝛum peccatoꝛum. Ab illis ma-
lis exemplis ſunt cuſtodiendi quando pec-
care incipiũt quod eſt in ſeptimo anno aut
citius: ſm quod magis vel minus vſus ra-
tionis in eis accelerať. Uñ dr̃ extra de de-
lictis pueroꝝ. ca. j. ꝙ pueris grãdiuſculis
pctm̃ nolũt q̃dam attribuere: niſi ab annis
xiiij. cum pubeſcere ceperunt. Quod meri
to credere debemus: ſi nulla eſſent pecca-
ta niſi que mẽbꝛis genitalibus admittunť.
Quis vero audeat affirmare furta mẽda-
cia ⁊ piuria nõ eſſe pctã. His plena eſt pu
erilis etas: q̃uis in eis non ita vt in maio-
ribus puniẽda videanť. Hec in glo. ſuper
verbo grandiuſculis. i. dolo capacibus vi-
delicet ſeptem annoꝝ. Tales enim mẽtiri
⁊ verum dicere poſſunt ⁊ cõfiteri ⁊ nega-

re: vt dicit Auguſti. in epiſtola ad Renatū
A epm. Sed actus carnales pficere non poſ-
ſunt: niſi in.xiiij.anno. Ideo dicit glo.ſu-
per verbo pubeſcere.ꝙ añ pubertatē q̄ eſt
in.xiiij.anno non preſumit̃ de q̄cꝫ niſi mali
cia ſuppleat etatē.vtꝫ i Salomone qui ge-
nuit in vndecimo anno: ſm mgr̄m in hiſto-
rijs. Ergo ante ſeptimnm annū pueri non
cōmittunt aliqua pctā: ſicut ⁊ naturaliter
ſtulti q̄ nunq̄ꝫ vſum ratiōis habuerūt. Ta-
les omnes habent vitam eternā ex merito
chr̄i: ⁊ participatiōe bonoꝝ eccl'ie. Sed di
ceret q̄s. Ex quo nullum malū impunitum
manet: quis tunc illa opera lugebit que ipi
pueri ⁊ naturaliter ſtulti cōmittūt? Rñde-
tur ꝙ illi qui ſciēter occaſionē dant eis ad
talia mala opera. verbi gr̄a. Qui ſtultū in-
ebriat ex ꝓpoſito: vel qui iubet eū quodcū-
qꝫ malū facere: reꝰ erit. Sic qui iubet pue-
ris maledicere aut malefacere: erit reus il-
loꝝ pctōꝝ. ¶ Quarto imbuendi ſunt pue-
ri circa ſenſus exteriores. Primo circa vi-
ſum: vt ſcꝫ turpia nullo modo videant: q̄a
talia in eoꝝ fantaſijs defacili imprimunt̃:
B neqꝫ in imaginibus neqꝫ in picturis: ⁊ ꝙ nō
habeant oculos vagabundos. Ideo dicit
Hiere.ix.ca. Aſcendit mors per feneſtras
nr̄as: ſi ergo viderint turpia faciliter incli-
nantur ad faciendū ſimilia: eo ꝙ de omni-
bus vident̃ admirari. Scđo ſunt inſtruen-
di circa auditū: vt non audiant turpia: q̄a
talia in eorꝫ fantaſijs faciliter imprimun
tur. Ideo dicit Ariſtoteles. vij. Ethicorū.
Prohibendi ſunt pueri ne talia audiant: qꝛ
audire eſt proprie ipſum facere. Tertio cir-
ca guſtū ne nimiū potent. Ideo dicit Ari-
ſtoteles. viij. Politi. Iuuenes maxime ab
ebrietate cuſtodire oportet ne efficiant̃ bi-
buli: ⁊ dilapidatores bonorꝫ. Quarto cir
ca loquelam: ne loquant̃ falſa aut mēdoſa
de ancillis aut ſeruis vel alijs vicinis: aut
famā alicuiꝰ denigrādo: ⁊ ſup oīa ꝙ nō
loquant̃ turpia: quia cōſuetudo eſt altera
natura. Ergo ſi aſſuefecerint mentiri diffi-
culter poſſunt retrahi. Quinto circa tactū
vt non furentur aut damna ꝓximis nō in-
ferant in piris aut pomis ⁊ alijs fructibus
quia talia qui vult ſaluari tenet̃ reſtituere
Iuxta illud. Peccatū non dimittit̃ niſi ab-
latū reſtituat̃. vt ptꝫ de regulis iuris li.vi. C
In omnibus ſunt maxime puelle aut filie
inſtruende: que a tribus debent cohiberi.
Primo a nimio circuitu ne ſint vagabunde
propter tria. Primo quia ex nimio circuitu
dat̃ eis male agēdi occaſio ⁊ cōmoditas.
Ideo dicit phs in Rheto. ꝙ hoīes malefa-
ciunt cum poſſunt. Et hoc iō: q̄a promptio-
res ſunt ad malum q̄ꝫ ad bonū. vtꝫ.xii.q.i.
c. Oīs etas: ⁊ multo plus mulieres q̄ꝫ vi-
ri: qꝛ magis deficiunt a ratiōe. Scđo q̄a ex
nimio circuitu efficiuntur puelle inuerecū-
de. Rō huius eſt: qꝛ omne inſolitū eſt vere-
cundū. Ideo quando mulieres nō ſunt ſo-
lite ſe conſpectui viroꝝ p̄ſentare ſunt vere-
cunde. Quando aūt ſunt aſſuete ſe virorū
aſpectibus p̄ſentare inuerecūde efficiunt̃.
Cum ergo verecundia ſit frenū mulierum
ſi perdant eam multa turpia ꝑpetrant: niſi
verecundie cathena conſtringantur. vt ait
philoſophus in politicis. Tertio ex nimio
diſcurſu fiunt nimium impudice ⁊ laſciue.
Ratio huius eſt: qꝛ fiunt ex hoc magis ho-
minibus domeſtice ac magis familiares.
Animalia eñ domeſtica permittunt ſe pal D
pari ⁊ tangere. Silueſtria ṽo hec non per
mittunt neqꝫ approximatum ſuſtinent nec
tactum. Si ergo mulieres ſunt domeſtice
erunt impudice laſciue ⁊ vane. Cuiꝰ exem
plum patuit in Dyna filia Iacob: que vo-
luit videre mulieres regionis illius: ⁊ op-
preſſa eſt. vt ptꝫ Geñ. xxxiiii. Secundo co-
hiberi debent a nimia loquacitate: vt ſint
modo debito taciturne: qđ oſtendit̃ tripli-
citer. Primo quia ex hoc ſunt magis decē-
tes ⁊ magis diligunt̃ a viris. Cū ſm phm
ii. Rethori. Concupiſcētia ſit rei que abeſt
vñ quando aliquid poſſibile haberi videt̃ a
magis arduū ⁊ magis inacceſſibile: magis
auget̃ eius ꝯcupiſcētia. Si ergo mulieres
ſunt loquaces: ex hoc redduntur magis fa-
miliares ⁊ cōtemnunt̃ ⁊ vilipendūtur. Si
aūt ſunt taciturne: videtur magis inacceſ-
ſibiles: ⁊ per ꝯñs magis diligunt̃: q̄a oīe
qđ diligit̃ videt̃ pulchrū: ac ꝑ hoc vidētur
magis decentes. Secūdo: qꝛ prudentes lo
quunt̃ caute ⁊ prudenter: q̄a vigēt ratiōe.
Mulieres autē qꝛ deficiunt a rōne: ⁊ quia
vbi eſt maior defectus: ibi cautius eſt agē-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E dum. Ideoq̄ʒ mulieres niſi verba ſua bene examinent: de facili prorumpunt in verba fatua ⁊ impremeditata. Hoc aūt faciūt niſi ſint taciturne. Tertio debēt eſſe taciturne ne ſint litigioſe: q̄ʒ qn̄ incipiunt litigare: augeť ↄcupiſcētia loquēdi: q̄a neſciūt ſe p rōnem refrenare: cū quaſi careant ratione inde ſequitur litigium qᵭ eſt enorme pctm̄.
❡Tertio erudiēde ſunt ne ſint ocioſe: ſed ſemp̱ laborioſe ⁊ op̱oſe. Patet hoc triplicit ſm ph̄m. x. Ethi. Primo abſq̄ʒ delectatione diu vita noſtra durare nō pōt. Ideo puelle aliquibus licitis op̱ationibus ⁊ honeſtꝫ ſe dare debēt: ⁊ q̄ʒ vnuſq̄ſq̄ʒ delectať i op̱e ſuo ſiue bonū fuerit ſiue malum. Scđo q̄a ſm ph̄m. neſcit mens humana ocioſa eſſe. Ideo qn̄ occupať circa licita vagať p opeſitatē licitā: ⁊ illicita ſollicitudo vitatur. Tertio q̄ʒ cōſurgit aliq̄ vtilitas ⁊ aliqᵭ bonum: q̄lia ſunt op̱a circa q̄ debēt op̱ari ſeu occupari. Hoc cōſiderandū eſt ſm diuturnitatem ⁊ diuerſitatē p̱ſonarum ⁊ locorū.
❡Quinto debent erudiri pueri in artibꝰ mechanicis ⁊ liberalibꝰ more antiq̄rū p̄ncipū: q̄ p̱hos mag̃ros h̃re cōſueuerūt p in-
F ſtructione filioꝝ: ſicut Alexander Ariſtotelē: traianus plutarchū: nero ſenecam. Unde legitur q̄ rex romanoꝝ ſcripſit regi fracoꝝ: hortans eoꝝ filios inſtrui liberalibus diſciplinis: q̄ rex illitteratus eſt tāq̄ʒ aſinꝰ coronatꝰ. Et Eccli. vij. Filij ſi ſunt tibi: erudi illos. Debent ergo filij nobiliū ⁊ p̄ncipū ⁊ diuitū erudiri in artibꝰ liberalibꝰ: ⁊ filij pauperum erudiri in artibus mechanicis. Juxta illud Cathonis. Si tibi ſint filij nec opes: tunc illos Inſtrue: vt poſſint inopem defendere vitam. Ideo ſcribit Joan. in ſuo policraticon li. vj. c. x. dicit de Octauiano: q̄ cum filijs ſuis bona hereditaria ſufficere poſſent: tn̄ voluit pueros ſuos inſtrui ad gradum militarē: ad curſuʒ: ad ſaltum: ad vſum natādi: lapides iaciendi: manu exercitari fecit: ac ſi ſua nequaq̄ʒ niſi p virtutem poſſidere valerent. Filias in lanificio inſtrui fecit: ſi preter ſpem in extraneam paupertatē fortuna proieciſſet: per artem ſuſtentari valerent. Ergo huius exemplo parentes moueri debent: vt filij eoruʒ in artibus mechanicis imbuanť.
❡Sexto debent acriter pro delictis corrigi. Unde G Salomon Prouerbi. xxiij. Noli ſubtrahere a puero diſciplinam. Eccli. xxx. Curua ceruicem eius. Huius rei gratia tria inducunť exempla. Primū eſt de Heli ſacerdote. De quo legitur. j. Regum. iij. qui filios corrigere neglexit a deo eſt punitus: qui i domo ſedens cum filioruʒ mors in bello ei fuiſſet nunciata: idem de ſella corruēs fractis ceruicibus expirauit: ⁊ poniť trāſſumptiue extra de ſimonia. capi. Hely. Aliud exemplū recitat Gregorius li. iiij. dial. de quodaʒ p̄re qui habuit filiū annoꝝ q̄nq̄ʒ q̄ deū blaſphemare non ceſſauit: ⁊ p̄r eū nō correxit. Iō iuſto dei iudicio in ſinu patris a demone p̱cuſſus ⁊ mortuꝰ eſt. Tertiū eſt qᵭ narrat Boetius in li. de diſciplina ſchola. de filio Lucretij. qui fuit abſq̄ʒ diſciplia nutritus: cōſumēs ſua in aleis ⁊ meretricibus ⁊ a p̄re crebro redēptus de anguſtijs crucis: poſtea captus p̱pter patrꝫ penuriā redimi non poterat. Qui cum lachrymis voce querula petijt oſculū a p̄re: ⁊ cū p̄r acceſſit naſuʒ illiꝰ morſu acutiſſimo ſecuit dicēs. Quare meis p̄mis erroribꝰ icaſtigatꝰ H euaſi: ⁊ mag̃ri mei monitis nō obediui: q̄ſi di. P̄r quia me non caſtigaſti: ſed p̱miſiſti me vacare pctis: merito de te capiam vindictam. Illiꝰ exēplo moneri debēt parentes filios ſuos corrigere: non tamē debent percutere pueros enormiter cū baculo aut fuſte: ſicut faciunt nouerce: ſed cum virga.

❡Honora patrē ⁊ matrem.

Tertio peccāt ↄtra illud p̄ceptū ſcholares ⁊ diſcipuli qui debitum honorem non impēdunt ſuis magiſtris q̄ eos informant in moribus ⁊ ſciētijs. Talibus em̄ teneνť honorē metū ⁊ obediētiaʒ. Ideo dicit Catho. Mg̃rm metue. Et Ariſto. ix. Ethico. Dijs parentibꝰ ⁊ mg̃ris nūq̄ʒ poſſumꝰ reddere equiualēs. ❡Sʒ notādū q̄ mg̃r honorādus ⁊ metuendus debet in ſe habere q̄tuor. Primo ſit ſcia illuſtratꝰ. Scđo ſit beniuolentia inclinatꝰ. Tertio ſit innocētia decoratus. Quarto ſit experientia certificatꝰ. Prio debet eſſe ſcia illuſtratus: ne ſibi dicatur illud ad Roma. ij. Qui aliū doces: teipm nō doces. Itē Sap. viij. Anteq̄ loq̄ris. ſ. docendo: diſce. Cui cōcor

dat canō lī.lxſ.di.c.Miſerū eſt eū fieri ma
A giſtrū qui nunꝗ̄ fuit diſcipulꝰ.xvj.q.j.ca.
ſi clericatꝰ.Dicit btūs Hiero.ad Ruſticū.
Ne ſis miles anteꝗ̄ tyro:nec priꝰ magiſter
ꝗ̄ diſcipulꝰ.xlviij.diſ.c.ꝓhibent̄.dicit. In
arrogantiā que eſt ruina diaboli incidunt
qui in punctu hore nec dū diſcipuli ſtatim
mgr̄i efficiunt̄.Et extra de elect.ca.officij.
recitat̄ ꝙ papa noluit quendā abbatē nobi
lem confirmare:eo ꝙ anteꝗ̄ eſſet diſcipulꝰ
voluit eſſe mgr̄.Ideo antiqui mira pro ac
quirēdis ſcientijs ſuſtinuerūt:ſicut recitat
Hugo in lib.didaſcalon dicens. Alij calca
bant honores.Alij ꝓiecerūt diuitias.Alij
acceptis iniurijs gaudebant.Alij penas
ſpreuerunt.Alij cōtubernia hoīm deſeren-
tes:vltimos receſſus ⁊ ſecreta heremi pe-
netrantes:ſoli ſe phīe dedicabāt:vt eo me-
lius cōtēplationi vacarent. Sequit̄ infra.
Sapiēs vir ille grecie Themiſtocles cum
expletis centū ⁊ ſeptem annis ſe mori cer-
neret:dixiſſe fert̄ ſe dolere ꝙ egrederetur
de vita qn̄ ſape cepiſſet. Unde Hiero.in ꝓ
logo biblie ſcribens ad Paulinū.Legimus
inquit in veteribus hiſtorijs quoſdā luſtraſ
B ſe prouintias:nouos adijſſe populos:ma-
ria tranſiſſe vt eos quos ex libris nouerāt
coram quoqꝫ viderēt.Sic Pythagoras mē
phiticos vates:ſic Plato egyptū:⁊ ſic de
alijs multis ibidē numeratis.Sic Appol
loniꝰ ꝑtranſiuit caucaſum mōtē:vt videret
Hyarcum in throno aureo ſedentem:po-
tantem diſcipulos ſuos de fonte Tantali.
Sed noſtri moderni ſcholaſtici non curāt
ſic mundum peragrare pro ſcientijs adipiſ
cendis:cōtenti ſolo nomine.ſ.ꝙ vocantur
magr̄i.Cōtra quos ſaluator.Math.xxiij.
Non vocemini magr̄i:q2 vnus eſt magiſter
veſter in celis.¶Secundo debet eſſe beni
uolentia inclinatus.De quo Grego.⁊ po-
nit̄ extra de maioritate ⁊ obedientia.c.hu
milis doctrina magr̄i.Sup̄ quo dicit glo-
ſa.Bene dicit humilis.Nam magr̄ debet
eſſe humilis ⁊ benignus auditoribus ⁊ hu
militer docere:nō cum auſteritate ⁊ poten
tia.vt ꝑꝫ.xlvj.diſ.c.Hoc habet proprium
doctrina arrogantium:vt humiliter neſci-
ant inferre que docent ⁊ recta que ſapiūt
etiā miniſtrare recta non pn̄t.Aſperitatis
autem nimie increpatio nec correctionem
recipit nec ſalutem.Talis tamen humili- C
tas ſic moderari debet ꝙ non fragat̄ regē-
di auctoritas.vt dicit Auguſtinus in regu
la.⁊ ponit̄.lxxxvj.di.c.Dum nimium ſer-
uatur humilitas.¶Tertio ꝙ ſit innocen-
tia decoratus.De hoc dicit Boetius vbi
ſupra in lib.de diſcipli.ſcho.Magiſtratus
inquit moꝝ honeſtate polleat:⁊ debet eſſe
in ſermone verax:in iudicio iuſtus:in con-
ſilio prouidus:in cōmiſſo fidelis:conſtans
in vultu:pius ī affectu:virtutibus inſignis
⁊ bonitate laudabilis.Sequitur ibidem.
Nulla ſiquidem res pernitioſior diſcipulo
ꝗ̄ vita contumelioſa magiſtri.Et ſic doctri
na vileſcit ex ignominioſa vita docentis.
Uiuat igit̄ magiſter virtuoſe vt diſcipulos
informet.Seneca in epiſtola.vij.Plus ho-
mines inquā oculis ꝗ̄ auribus credūt.Lō-
gum enī iter per ꝓcepta:bene ⁊ efficax per
exe[?]la.Un̄ dicit̄.ij.q.vij.c.nos.Magiſtri
erroꝝ ſunt q̄ peiꝰ viuūt ꝗ̄ diſcipl̄i.¶Quar
to debet eſſe exꝑientia certificatꝰ.Idō ma-
giſter Egidiꝰ oſtēdit in li.de regimine prin
cipū.ꝑte.ij.c.ix.dicit:ꝙ debet eſſe ſciēs in D
ſpeculabilibꝰ:vt doceat ī ſciētia:prudēs in
agibilibus vt inſtruat in bonis moribus.
Primum probat:q2 ad hoc ꝙ ſit ſciens:tria
requirunt̄.Primo debet eſſe inuētiuus ex
ſe:q2 q̄ nullo mō ſcit aliqua inuenire:ſed ſo-
lum alioꝝ dicta referre:magis eſt recita-
tor ꝗ̄ doctor.Scd̄o debet eſſe intelligens:
q2 nullus ſufficit ſibi in ſpeculando:ſed po-
ſteriores ph̄i ex dictis prioꝝ habuerūt iu-
uamēta.Ideo nō ſolū requirit̄ ꝙ ſit inuēti-
uus:ſed etiā intellectiuꝰ alioꝝ.Tertio req̄-
ritur ꝙ ſit bn̄ iudicatiuꝰ:q̄ dicta alioꝝ ſunt
tenenda ⁊ q̄ reſpuenda.Ut aūt ſit prudēs
in agibilibus:⁊ bene inſtruat in bonis mo-
ribus:req̄rit̄ ꝙ ſit memor:cautꝰ:prouidus
⁊ circūſpectꝰ.Primo debet eſſe memor re-
colendo ꝑterita.Nam ſicut volens rectifi-
care virgā:nunꝗ̄ eam rectificare poſſet ni-
ſi cognoſcet ex qua ꝑte eſſet obliqua.Sic
volens alios rectificare:nunꝗ̄ eos cōgruē
rectificare poſſet:niſi hr̄et ꝑteritoꝝ notici-
am ꝑ que ꝯgnoſceret quō obliquati eſſent.
Scd̄o debet eſſe ꝓuidus futuroꝝ vt adhi-
beat medicamēta cōtra ea ꝑ q̄ ī poſterū fa-

E ciſius obliq̃ri poſſent. Tertio debet eē cir-
cũſpectus vel exptus: q̃ȝ debet cognoſcere
particulares cõditiões pueroꝝ cũ experiē
tia circa pticularia habeat eſſe. Naȝ aliq̃s
debet corrigere ꝟbis: alios ꝟberibꝰ: ſm q̃ꝺ
delictũ ⁊ cõditio pueroꝝ requirit: ⁊ ſi cleri
cus ſcholaris exiſtat: magr̃ pcutiēs eũ nõ
incidit in canonem. vt ptȝ de ſentē. excõ. c.
j. vbi dicit̃. Neqȝ mgr̃ ſi ſcholarem clericũ
intuitu diſcipline vel correctionis percuſſe
rit: nõ põt in ipſo iniectio manuum violen-
ta notari. Tales mgr̃i debent eſſe in eccle-
ſijs: q̃ pauperes clericos doceant in gram-
matica. vtȝ extra de mgr̃is. ca. j. ⁊ . ca. non
nullis. Etiā eccl̃ia metropolitana debȝ ha
bere theologũ: q̃ ſacerdotes ⁊ clericos do
ceat in ſacra pagina: ⁊ illi debēt aſſignari
prouentus prebēdaꝝ vñ ille ſuſtentet̃. Et
pro licentia docendi nullus premiũ exigat
ſub obtentu alicuiꝰ cõſuetudinis. vt ptȝ ibi
dem in ca. q̃m̃. ⁊ in ca. ꝓhibeas. ¶ Notan-
dum eſt ſecundo: ꝙ pueri imbuendi in arti-
bus liberalibꝰ debent in ſe hr̃e ſeptem. Pri
mo debēt eſſe in corpe formoſi. Ideo dicit
Boetius in li. de diſci. ſchola. Uidēdũ eſt
ꝙ infans cum ducit̃ ad imbuendum in eo
F membroꝝ decens ſit diſpoſitio ⁊ partiũ in-
tegraliũ: ⁊ ponit ibi exempluȝ. Legit̃ Thi-
mothei filiũ lepra incumbentem caſtratuȝ
loripedem factum gibbo tumentem: doctri
ne mancipatũ: plebeiam extitiſſe abiectio-
nem: ſocioꝝ ridiculoſam deiectioneȝ. hec
ille. Cauendum eſt ne tales ponantur ad
ſtudiũ: ne ſciētia contemnat̃. Unde Virgi-
lius. Gratior eſt pulchro veniēs e corpore
virtus. Uñ Seneca ep̃la. lx. Minus acce-
pta eſt ſcia vel ꝟtus veniēs ex corpe diffor
mi. Item tales non pñt finaliter pſbytera
ri. vt ptȝ Leui. xxj. Homo de ſemine aarõ
qui habuerit maculā nõ offerat panes deo
ſuo: nec accedat ad miniſteriũ eius. Si ce-
cus fuerit ſi claudꝰ: ſi paruo vel grandi na
ſo: aut torto: ſi fracto pede: ſi gibbus: ſi lip-
pus: ſi albuginem habens in oculo: ſi iugeȝ
ſcabiem: ſi impetiginem in corpore: vel her
nioſus: ſi mancus. Ratio huius eſt: quia ſi
tales ordinarentur vileſceret ſacerdotale
officium. Sed iſta hodie non repelluntur.
vt patet. vij. q. j. Qualiter. in fine. Niſi ſit

defectus valde notabilis. Sed ſpirituali- G
ter intellecta repellunt. vt patet. xlix. diſt.
ca. Hinc etenim. Exponit ibi Gregorius.
per cecũ ignorantē: per clauduȝ iniuſtum:
ꝑ naſum deformem indiſcretum: ꝑ fractuȝ
in pede ineptum ad gradienduȝ in via mo-
rum: per gibboſum ſuperbum ⁊ c̄. vt ſupra.
Secundo debent eſſe ingenioſi. Ideo di-
cit Salomon Sapi. viij. Puer eram inge-
nioſus: ⁊ ſortitus ſum animā bonā. Ideo
dicit Hugo in Didaſcalon. Qui doctrine
operam dāt: ingenio ſimul ⁊ memoria pol-
lere debent. Uñ Auguſt. x. de trinita. His
tribus inſpici ſolēt ingenia paruuloꝝ: quā
to tenacius ⁊ facilius puer meminit: ⁊ quā
to acutius intelligit ⁊ ſtudet ardentius: tā
to eſt laudabilioris ingenij. Cuiꝰ ſignũ eſt
mollicies carnis. vt patet in. ij. de anima.
Molles quidem carne aptos mēte eſſe di-
cimus. Si aũt tales nõ ſunt ingenioſi ⁊ viſi
tant ſcholas perdunt tēpus. Et de talibus
dicit Laureatus poeta Franciſcus petrar
cha in libro de re. vtri. fortu. capi. xxxviij.
Sepe inquit caput vrſi facilius mollias q̃ H
hois. Caueant ergo parētes ne expenſas
perdāt. Caueāt rectores ne tales decipiāt
ſed moneāt tales ad opera mechanica. Si
aũt eſſent ingenioſi ⁊ nõ virtuoſi eſſet grā
de periculũ. Uñ idē Frā. petrar. li. j. ca. vij.
de re. vtri. for. Rñdit diſcipulo ſuo gl̃ianti
⁊ dicenti. Ingeniũ mihi velox eſt. Rñdit.
Ad ꝟtutes vtinā. Aliq̃n quo velociꝰ eo ꝓ-
pius eſt ruine. Sequit̃ ibidē. Sepe magnũ
ingeniũ: magnoꝝ initiũ maloꝝ. Raro aũt
magni errores niſi ex magnis ingenijs ꝓ-
diere. Idem ſepe pueri ingenioſi moriun-
tur: ne ſint inuentores magnoꝝ errorum: ſi
cut fuit filius beati Auguſtini. De quo ipſe
dicit. ix. cõfeſſi. Adiunximus nobis ad ba-
ptiſmum Adeodatũ puerũ ex me natũ car-
naliter ꝺ peccato meo. Tu benefeceras ei
annoꝝ erat ferme q̃ndecim ⁊ ingenio pre-
ueniebat multos graues ⁊ doctos viros.
Sequit̃. Horrori mihi erat ingeniũ illud.
Dubitat̃: vtrum ingenia hominum moder
norũ ſint ſubtiliora veterũ: quia dicit Hie-
ronymus in prologo Biblie. Ingenia ho-
minum quaſi vina probātes. Sicut eñ ve-
tus vinum melius eſt nouo: ſic quidā dixe

E runt veteres ſubtiliores ingenijs floruiſſe
q̃ modernos. Contra quorum opinionez
primo eſt Priſcianus in primo maioris vo-
luminis. Cuius inquit auctores quanto
ſunt iuniores tanto ſunt perſpicatiores: ⁊
ingenijs floruiſſe ac valuiſſe diligentia.
¶ Scd̄o contra talem opinionē eſt etiā ex-
perientia in artificialibus operibꝰ moder-
nis: vt ſunt picture: edificia ⁊c̄. q̄ abſq̄ com
paratione ſunt ſubtiliora antiquis. Idem
patet in ſcientijs humanis. Eſt etiā contra
illud q̄ iuuenes moderni tp̄is ſunt commu
niter ſubtiliores: cautiores ⁊ prudētiores
q̃ iuuenes antiqui. Si autē dicat̄ q̄ antiq̄
fuerunt melioris ⁊ diuturnioris vite q̃ mo
derni: modo bonitatē cōplexiōis ſequitur
bonitas ingenij. Reſpōdet̄ q̄ licet olim ho
mines fuerunt fortiores in naturalibus ⁊
longioris vite: ⁊ p̄ ꝯn̄s q̃tū ad hoc bn̄ fue-
runt melioris cōplexionis q̃ hoīes huiꝰ tē
poris: non tn̄ ſequit̄ ex illo q̄ fuerūt melio-
ris ⁊ cōuenietioris naturalis diſpoſitiōis
p̄ bonitate ⁊ ſubtilitate ingenij: q̄a ex alia
cōplexione orit̄ fortitudo hoīs ⁊ diuturni-
B tas vite: ⁊ ex alia ſubtilitas ingenij. Unde
ſm̄ Ariſtotelē in p̄bleumatibꝰ. Fere oēs
illuſtres in ſcientijs fuerunt melancolici: ⁊
tamen complexio melācolica non eſt nobi-
liſſima. ergo. Itē p̄fectioris complexionis
eſt equus q̃ aranea vel formica: ⁊ tn̄ valde
ingenioſior ⁊ īduſtrior eſt formica q̃ equꝰ.
Itē cōiter hoīes ſubtiliores ⁊ naturaliter
ingenioſi ſunt breuioris vite: ⁊ econtra ho
mines fortes ⁊ longeui ſunt tardi ingenij.
¶ Tertio debent eſſe ſtudioſi. Unde dicit
Boetius in li. de diſci. ſcho. Diſcipulꝰ de-
bet eſſe intētus ad audiēdū: docilis ad in-
telligendum: beniuolus ad retinēdum. Et
ſubdit. Nō ſit ſcholarꝫ diſcolus. Dr̄ aūt di-
ſcolus q̄ſi a ſchola diuiſus. Schola grece
vacatio latīe: a q̄ vacatiōe diuiſus eſt. Er-
go diſcolus ē q̄ diſcurrit p̄ vicos ⁊ plateas
⁊ tabernas: p̄ meretricū cellulas: p̄ publi-
ca ſpectacula ⁊ choreas: q̄dā eoꝝ addiſcūt
dimicare q̄ miſſi ſunt a parētibꝰ cū magnis
expēſis ad ſtudēdū. Alij nocturno tēpore ī
plateis cū cytharis ⁊ lutinis diſcurrūt. De
talibꝰ mag̅ri eorū ⁊ hoſpites tenentur red
dere rōnē: q̄ nō compellant eos ad ſtudia;

Naz ſcholares q̄ volunt p̄ficere oportet q̄ C
ſint ꝯtinuati ī ſtudio ſine deſperatiōe: ſicut
filiꝰ incōſtantie. de q̄ dicit Boeti. in li. vbi
ſupra. Qui tn̄ ad innūera peragēda ſe de-
dit: ſed ſp̄ in p̄ncipio de labore territus ad
aliud ſe trāſtulit. Tādē ad acq̄ſitiōez ſciaꝝ
ſe trāſtulit: ⁊ ad crathonē athenas veniēs
vt ab eo diſceret: vidit in ſede ſua difficilli-
mas q̄ſtiones ſcriptas. Quas perlegēs ⁊
ſtatim intelligere non valēs: ſtudiū ſapien
tie tanq̄ ſibi impoſſibile abhorrēs ad tātā
deſperationem venit: vt diceret. Miſeruz
eſt me eſſe hoīem. Utinā poſſem humanita
tē exuere: ⁊ aſineitatē induere ſpecie p̄mu
tata. Dicit Boetiꝰ q̄ attēdere debuiſſet il-
lud q̄d obtuſitas ingenij cuiuſlibet operis
p̄mollit̄ diligentia. Id̄o dicit Hierony. ſup̄
illud Prouerbio. iiij. Ego filius fui tenel-
lus. Quid inq̄t magis ad ſpem percipiēde
ſcientie erigit animum: q̃ id q̄d eos quos
in ſcientia clareſcere miramur aliquando
paruulos ⁊ indoctos fuiſſe meminimus.
¶ Dubitat̄ vtrū p̄hie ſtudiū ⁊ artium libe
ralium ſit vel fuerit apud deum meritoriū
Videt̄ q̄ non: quia tunc gentiles ſicut Ari- D
ſtoteles Plato ⁊ Socrates apud deū mul-
to meruiſſent: qui feruentiſſime inſiſtebāt
ſtudio ⁊ amore ſciētie omnibus renuncia-
uerunt. Qui tn̄ amore dei talia nō ſtudue-
rūt: ſꝫ p̄pter vanitatē. vt patet ad Rom̄. i.
Euanuerūt eñ in cogitationibus ſuis ⁊c̄.
Item quidā magiſter pariſienſis quendaz
ſuū ſcholarē ſocium egrotantez obnixe ro-
gauit: vt poſt mortem ad ſe rediret ⁊ ſtatū
ſuum ſibi renunciaret. Qui poſt aliq̄s dies
ſibi apparuit cum cappa de pergameno to
ta ſophiſmatibus intus ſcripta: ⁊ flamma
ignis tota tecta. Qui requiſitꝰ a magiſtro
quiſnā eſſet. Ait ille. Ego ſum ille qui ad te
redire promiſi. Qui de ſtatu ſuo requiſitꝰ:
ait ille. Hec cappa quam ſupra me habeo
eſt mihi data vt eam portē pro gloria quā
in ſophiſmatibus habui. Porro flamma
ignis qua cooperta eſt pelles ſunt delica-
te ⁊ varie quas ferebam: que vt flāma me
cruciant ⁊ exurunt. Sed cum magiſter il-
lam penam facilem iudicaret: dixit ei de-
functus vt manum extenderet: ⁊ ſic facili-
tatē ſue pene ſentire poſſet. Cunq̄ manuz

E extēdiſſet: ille guttam vnam ſui ſudoris di-
miſit: que magiſtri predicti manum ſagitta
citius perforauit: ita ꝙ cruciatum mirabi-
lem ſenſit: ⁊ ait. Talis ſum tot⁹. Igitur ex
illa acerbitate penarū territus ſeculum re-
liquit: ⁊ religionem intrauit. Unde mane
ſcholaribus congregatis: hos verſus com-
poſuit. Liquo coax ranis: cras coruis: va-
naqꝫ vanis. Ad logicaꝫ pergo que mortes
non timet ergo. Incontrariū eſt: quia per
tp̄ale ſtudiū acquiritur circa deum ⁊ crea-
turas cognitio veritatis que eſt neceſſaria
ad iuſte ⁊ recte viuēdū: q̄a ph̄ia oſtēdit de-
bitum rerum finem ⁊ ordinē. Igit̄ eſt vir-
tuoſus labor ⁊ meritorius. Item actus mi
litie tp̄alis romanoꝝ tendens ad bonū rei-
publice fuit meritorius glorie temporalis.
vt patet. ij. de ciui. dei. ca. xv. dicente Au-
guſti. Quibus non erat deus daturus vi-
tam eternā: ſi neqꝫ hanc eis terrenam glori
am excellentiſſimi imperij cōcederet: non
redderet̄ merces bonis actib⁹ eoruꝫ: id eſt
virtutibus. Pro iſto dubio eſt notanduꝫ ꝙ
ſtudiū eſt vehemēs vel diligēs mentis ap-
F plicatio vel occupatio ad inueniēdum: de-
clarandum roborandū vel defendendū ve
ritatem: q̄a om̄is ſtudioſus labor circa in-
uentionē eſt ꝟitatis vel inuēte declaratio-
nē vel roborationē vel defenſionem. ¶ Se
cundo notandū ꝙ multiplici rōne ⁊ inten-
tionem quidā applicāt ſe ſtudio. Quidā p̄-
ciſe intētiōe gentiliū ꝓpter cognitionē ve-
ritatis: q᷑ cognitio ꝟitatꝫ eſt ꝑfectio huma
ni itellect⁹. Idō oēs hoīes naturaliter ſcire
deſiderant. Alij vt intitulati ꝓmoueant̄ vł
lucrent̄. Alij vt honorent̄ ⁊ magni habean
tur: q᷑ ſciētia eſt de numero bonoꝝ hono-
rabiliū. De quib⁹ ſctūs Bernar. ſup cātica
ſermo. xxvj. Sūt inq̄t q̄ ſcire volūt eo fine
vt tm̄ ſciant: ⁊ turpis curioſitas eſt. Sūt q̄
ſcire volunt vt ſciant̄ ipſi: ⁊ turpis vanitas
eſt: ⁊ ſubdit. Sunt q̄ ſcire volunt vt ſcienti-
am ſuā vēdant: ⁊ turpis q̄ſtus eſt. Sūt q̄ ſci
re volūt vt edificēt: ⁊ hec charitas eſt. hec
ibi. Cōſtat ꝙ illi p̄mi non merent̄ in ſtudio
ſuo. Alij tribus bonis intentionibus ſe dāt
ſtudio. Primo vt ꝑ ſciētias humanitus in-
uentas cognoſcāt cās cōditiōes ⁊ ſtat⁹ ope
rū dei ⁊ exinde cōſurgāt in dei laudē ⁊ di-
lectionē: q᷑ q̄ non cognoſcit ſubtilitatem ar- G
tificij non laudat artificem. Scd̄o vt talib⁹
ſciētijs ſe diſponāt ⁊ habilitent ſuū ingeni
um ad aptius defendendū ea q̄ fides ſalu-
berrima chr̄iane religiōis tradit credēda.
Tertio vt cognoſcāt quātū humana inqui-
ſitio potuit in cognitione dei ⁊ creaturaꝝ
aſcendere: ⁊ quātum potuit appropinqua-
re cognitioni ſupernaturali ſeu fidei: vt vi-
deat homo quō neceſſe fuit ad ſalutem ſuā
fieri deſup illuminatiōes. Illorum ſtudiū
apud deū eſt meritoriū ſingulariter ſi ſtu-
dent vt doceant ignorātes. ¶ Quarto de-
bent eſſe humiles ⁊ obſequioſi. q᷑ Math.
xj. dr̄. abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ pru-
dentibus ⁊ reuelaſti ea paruulis. Itē pſ̄.
Intellectum dat paruulis. Un̄ Hugo in li-
bro didaſcalon. lib. iij. ca. xiiij. dicit. ꝙ prin-
cipiū diſcipline eſt humilitas. Cui⁹ cū ſint
m̄lta documēta hec p̄cipue ad lectorē per-
tinent. Primo vt nullaꝫ ſcientiam: nullam
ſcripturā vilem ipſe teneat: q᷑ omnis ſcien-
tia bona. Scd̄o a iuuentute: vt diſcere nō
erubeſcat. Tertio vt cum ſcientiam adept⁹ H
fuerit ceteros non contemnat. Primo in
hoc cōſiſtit talis humilitas: vt nullam ſcien
tiam vel ſcripturā vilem teneat: q̄a omnis
ſcientia bona eſt ⁊ omnis ſcriptura ꝓdeſt.
vt ptꝫ. xxxvij. diſt. c. Legim⁹ aliq̄ ne negli-
gant̄: ⁊ legim⁹ ne ignorem⁹: legim⁹ non vt
teneam⁹: ſed vt repudiem⁹. Sed q̄dam de-
dignant̄ ſtudere artes: ſed volunt ſtudere
theologiam: ſicut q̄dam pigri religioſi arbi
trantes melius eſſe ſtudere theologiā q̄ꝫ lo
gicam vel phyſicā: neſcientes ꝙ ꝑ illas ad
illam ꝑuenit̄: ⁊ nō ecōuerſo. Itē quidā con
tinue ſtudent artes: ⁊ theologiā abominā-
tur. Tali vitio btūs Aug. īuolut⁹ erat. vtꝫ
li. iij. confeſſionū. c. v. dicens de ſeipſo. In-
ſtitui animū meum intēdere in ſcripturas
ſctās: ⁊ videre q̄lis erat: ⁊ ecce video rem
nō apertā ſupbis neqꝫ nudatā pueris. Se-
quit̄ ibidem. Uiſa eſt mihi indigna vt eam
comparem tulliane dignitati. Tumor me-
us refugiebat modū eius: acies mea non
penetrabat interiora eius. Uerūtamen il-
la eſt q̄ creſcit cū ꝑuulis: ſed ego dedigna-
bar eſſe paruul⁹ ⁊ turgid⁹ faſtu mihi gran
dis videbar. Dubitat̄: vtruꝫ liceat clericis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac laicis ſtudere in libris gentiliū: Rñdeꝛ.
A ꝙ quidā legunt libros poetaꝝ vel gentiliū
ad voluptatē ⁊ delectationē: ornatu ver=
borū allecti: ⁊ tales peccant. Idem dicitur
xxxvij. di. c. Eps gentiliū libros non legat:
⁊ ſacerdotes dei obmiſſis euāgelijs ⁊ pro=
phetijs videmus comedias legere ⁊ ama=
toria bucolicoꝝ ꝟſuū verba cantare. Ibi=
dem etiā legimus de btō Hiero. Qui dum
libros legeret Ciceronis: ab angelo eſt cor
reptus eo ꝙ vir chrianus paganoꝝ figmē
tis intenderet. Et ponit hoc ipē in epła ad
Euſtochiū. Narraꝛ etiam in vita ſcti Hu=
gonis cluniacēſis. ꝙ ſemel dum dormiret:
vidit per ſomnū ſub capite ſuo cubare mul
titudinē ſerpentū ⁊ ferarū. Et euigilās ex=
quirēs inuenit librū Varronis ſub ceruica
li ſuo poſitū fantaſijs plenū ⁊ ritibꝰ genti=
lium. Quē librū poſtq̄ȝ abiecit: in pace quie
uit. ¶ Scdo quidā legunt in libris gentili=
um: vt eoꝝ errores deteſtentur: ⁊ vtilia in
eis ad vſum ſacre eruditionis vertant. De
hoc legiꝛ. xxxvij. di. §. Sed ecōtra legitur
ꝙ Moyſes ⁊ Daniel omni ſcia egyptiorū
⁊ chaldeoꝝ eruditi fuerunt. Legiꝛ etiā ꝙ
B precepit dñs filijs iſrael vt ſpoliarent egy=
ptios auro ⁊ argento. Moraliter inſtruēs
vt ſiue aurū ſapientie ſiue argentū eloquē
tie apud poetas inuenimus in vſum ſaluti
fere eruditionis vertamus. Ibidem in ca.
ſi quid veri de deo ſibilla vel orpheus vel
alij phi dixiſſe phibenꝛ valet q̇dem ad pa=
ganoꝝ vanitatē vincendā: non tñ ad eoꝝ
auc̄tem cōplectendā. Hec Auguſti. in li. cō
tra manicheos. Scdo reqriꝛ vt a nemine
diſcere erubeſcamus. Jō dr. xxxiij. diſti. c.
Nullus epūs ꝓpter opprobrium ſenectutis
vel nobilitate generis a paruulis vel mini=
mis eruditis (ſi quid forte vtilitatis eſt aut
ſalutis) inq̄rere negligat. Ideo diꝛ Hugo
in li. didaſcalon: cōſiderās illᵭ Platonicū.
Malo aliena verecunde diſcere q̄ȝ mea im
pudenter ingerere. Cur diſcere erubeſcis
⁊ neſcire verecūdaris: pudor iſte maior ē.
Hec ille. ¶ Tertio cum ſciam adeptus fue=
rit: ceteros nō debet contēnere. Cōtra qᵭ
multi faciūt deſpiciētes aliq̄s: quoꝝ inge=
nia nūq̄ȝ attingere pñt. ¶ Quinto debent
eſſe deuoti ⁊ religioſi, qꝛ dr Sap. j. In ma=
liuolā animā nō̄ intrabit ſapiētia: neq̄ȝ ha
bitabit in corpe ſubdito pctis. vñ Hugo in C
libro didaſcalon. Studēs in ſacra ſcriptu=
ra non cōfidat de acumine ingenij ſui: nec
de ſubtilitate ſcrutinij: nec ᵭ ſedulitate ſtu=
dij: ſed de bonitate dei ⁊ pietate orationis.
Optaui inquit ſapiens ſapientiam: ⁊ datꝰ
eſt mihi ſenſus. Inuocaui ⁊ venit ī me ſpi=
ritus ſapientie. Sapientie. vij. Ideo nar=
rat Auguſtinꝰ li. j. de doctrina chriſtiana.
de quodam qui orando triduanis p̄cibus
impetrauit a deo plenam noticiaȝ ſcriptu=
rarum nullo homine docēte. Cui cum ob=
latus eſſet codex legit in eo ſtupentibꝰ cun=
ctis. Ideo dicit chr̄s Math. xxiij. Non vo=
cemini magiſtri: vnus eſt eñ magiſter ve=
ſter in celis. Ideo dicit laureatꝰ poeta frā=
ciſcus petrarcha de re. vtri. fortu. libro. ij.
c. xxxix. Sub indocto inquit p̄ceptore do=
ctus aliquis fieri poteſt: vł per ſeipſum vel
quod verius eſt influentia celeſti atq̄ȝ inſpi
ratione. Et vt Ciceronis vtar verbo ali=
quo afflatu diuino: ſine quo nec doctū cer
te nec bonum virum poſſe fieri credēdum
eſt. Hoc eñ non ſolum vera religio ſentit D
ſed gentilis quoq̄ȝ philoſophorum conſen=
tit auctoritas. Sequitur ibidem. Auguſti=
nus vero de ſeipſo cōmemorat ⁊ teſtatur:
cui non oīa credere nefas eſt: ⁊ ariſtote=
licas cathegorias que īter difficillima me=
morātur ⁊ artes liberales: quas ſingulas
a ſingulis p̄ceptoribus didiciſſe magnū du
citur nullo hoīm tradente intellexiſſe. Et
nouiſſimū oīm Bernardū viruȝ doctrina
⁊ ſanctitate clariſſimū oēs ſuas lr̄as q̄ruȝ
inter cunctos ſui tpis abundantiſſimꝰ fuit
in ſiluis: vt etiā de ſe ipſe ait: ⁊ in agris di=
diciſſe: nō hoīm magiſterio: ſed meditādo:
⁊ orando. Nec preceptores vnq̄ȝ habuiſſe
alios q̄ȝ quercus ⁊ fagos. Hec ſi facta ſunt
cur nō iterū fieri poſſunt. Qᵭ niſi ſic eſſet:
quid feciſſent primi hoīes: quibꝰ nec magr̄
vllus fuit. Hec Franciſcus Petrar. Noui
quendā baccalaureū q̇ ſꝑ ante ſtudiū ora=
bat: ⁊ mirabiliter ꝓfecit in ſcia vltra oēs
ſuos coetaneos. Queriꝛ. cur deus hoīes
per ſe nō docet imediate: ſed per homīes?
Hāc queſtionē ſoluit Aug. j. lib. de doctri.
chriana, c. ij. dicens. Mouente ſe vno tpe

E ſpūſancto repleti apl̄i oīm linguas gentiū
locuti ſunt. Ergo cui talia nō ꝑueniūt non
arbitret̄ ſe eſſe chrīanū: aut ſpiritūſctm̄ ſe
accepiſſe dubitat: imo veraciter per hoīem
diſcendū eū. Sequitur. Caueamꝰ ⁊ tales
tentatiōes ſupbiſſimas ⁊ periculoſiſſimas
non expectemꝰ rapi in tertiū celum: magis
cogitemus apoſtolū paulū: licet diuia ⁊ ce
leſti voce pſtratū ad hoīem tamen miſſum
eſſe: vt ſacramentū reciperet: ⁊ copularet̄
eccleſie. ❡ Secūdum exēplum ponit ibidē:
dicens. Et centurionē Corneliū ꝯuis ex=
auditas orationes eiꝰ ⁊ elemoſynas reſpe
ctas ei angelus annūciauit: petro tn̄ imbu
endū tradidit: per quē nec ſoluꝫ ſacramen
ta perciperet: ſed etiam quid credendū: q̄d
ſperandū ⁊ quid diligenduꝫ eſſet audiret.
Tertiū ponit ibidem dicens. Certe ad illū
ſpadonem inſtruendū: qui Eſaiam ꝓphe=
tam legens non intelligebat: non angelum
ſed apoſtolū miſit. Quartū exemplū Non
ne cū Moyſe deus loquebat̄: ⁊ tamen mo
dum regendi populum a ſocero ſuo alieni=
F gena minime ſupbus accepit. Cauſam hu
ius ponit etiā ibidem dicens. Poterat vti=
ꝫ fieri ꝑ angelū: ſed ne abiecta eſſet huma
na cōditio ſi ꝑ hoīes hominibꝰ deus ꝟbuꝫ
ſuū nolle miniſtrare videret̄. Quō verum
eſſet qꝺ dictū eſt. Templum dei ſanctū eſt
qꝺ eſtis vos. ſi deꝰ de humano tēplo rn̄ſa
non daret. Sequit̄ ibidem alia rō. Deniꝫ
ip̄a charitas: qua ſibiinuicem homies no=
do vnitatis aſtringit non haberet aditū re
fundendoꝝ ſibimet animoꝝ: ſi homines ꝑ
hoīes nihil addiſcerent. ❡ Sexto debent
eſſe ad querendum mgr̄os curioſi: q̄a dicit
Hiero. in prologo biblie. ꝙ viua vox habet
aliq̄d latentis energie. Recitat ibi de mul=
tis q̄ mundū peragrabant. Et hoc fecerūt
propter tria. Primo vt varios rerum effe=
ctus: naturaliū opatiōes: diſpoſitiōes in=
ſolitas ⁊ mirabiles experirētur. Et ſic ea=
rum cauſas inquirēdo ad altiorē ſciam ꝑ=
uenirēt. Secūdo vt explorēt diuerſaꝝ gē=
tium ritus ac mores: opiniōes ſeu creduli=
tates de futuris: pteritis ac p̄ſentibus: ⁊ ſi
veritatē cōtinerent. Tertio vt q̄rerent a q̄=
bus addiſcere poſſent: ⁊ audirent viros fa
moſos in ſciētiis ⁊ diſciplinis. Jō dicit ibi=

dē Hiero. Sic Pythagoras memphiticos G
vates: q̄ dicti ſunt a memphis ciuitate egy
pti. Ubi fuerūt vates. i. diuinatores q̄ fue=
rūt ſacerdotes illoꝝ. Uel vates. i. ph̄i: vel
vates. i. aſtrologi vaticinātes ex aſtris: q̄a
in egypto maxime viguit aſtronomia. Se=
quit̄ in epiſtola Hiero. Sic Plato egyptū
⁊ archita tarentinus eandem oram italie
que quondā grecia dicebat̄: laborioſiſſime
peragrauit. Sequit̄ ibidē. Captꝰ a pyratꝭ
⁊ venundatꝰ etiā tyranno crudeliſſimo pa
ruit captus vinctꝰ ⁊ ſeruꝰ: ⁊ tn̄ quia ph̄us
maior illo fuit. Etiā ad Titū Liuiū lacteo
eloquētie fonte manantem de vltimis hiſ=
panie galliarūꝫ finibꝰ quoſdā veniſſe no=
biles legimꝰ. Et quos ad contemplationē
ſui roma non traxerat: vnius homis fama
perduxit. Lacteo fonte. i. eloquētia facili.
Sequit̄ ibidē. Appollonius ille magus vl̄
ph̄s in perſas trāſiuit caucaſum montē: al
banos: ſchytas: maſſagetas ⁊c̄. vt hyarcū
in throno aureo ſedentem: ⁊ de fonte tan=
tali potantē diſcipulos ſuos. i. de natura
⁊ de moribus audiret docētem ⁊c̄. Ponit
H ibidem exemplū de apl̄is aliiſꝫ multis qui
magr̄os queſierunt in diuerſis vt addiſce=
rent. Nota ꝙ Hiero. dicit de tito liuio. eū
lacteo fonte manantē. i. eloquētia facili ⁊
delectabili ⁊ abūdanti. Jtē dicit ꝙ Appol
lonius vidit hyarcuꝫ in throno aureo. i. in
cathedra deaurata: q̄ ſapientiā docebat q̄
ꝑ aurū ſignificat̄. potātē diſcipulos ſuos
de fonte tantali. i. de ſeculari ſcia que dici=
tur fons tantali a tantalo ph̄o. Naꝫ vt fin=
gūt poete. Tantalus fuit filius iouis: ⁊ ob
culpam ſuā apud inferos ſuſtinet talem pe
nam ꝙ ſemꝑ ſitit ⁊ eſurit. Habet em̄ aquā
vſꝫ ad labiū inferius: dum vult bibere ſem
per aqua refugit. Burſuꝫ pulcherrima po=
ma de arbore pēdent vſꝫ ad labium eius
ſupius: ⁊ q̄n vult ea apprehendere ſimili=
ter refugiūt: ſicut tangit Ouiđ. in li. meta.
Dicit̄ autē fons tantali humana ſcientia:
eo ꝙ deſideriū nō ſatiat: ſed magis inflam=
mat: q̄ dum ſemꝑ eam ſitiunt curioſi ſem=
per refugit: q̄ nunꝗ̄ eos ad plenū reficit.
ſicut đr Eccl̄s. viii. non ſaturat̄ oculus vi=
ſu: ne auris implet̄ auditu. Etiam de Nar=
ciſſo dicit̄ in li. metamor. Ouidii. Dumꝫ ſi

A tim ſedare cupit: ſitis altera creſcit. Quo
plus ſunt pote plus ſitiuntur aque. Itē di-
cit Hiero. ꝙ appollonꝰ ꝑrexit ad ethiopi
am: vt videret gymnoſophiſtas ⁊ famoſiſ
ſimam ſolis menſam. Dicit Iſid. libro. vii.
ethīm. ꝙ gymnoſophiſte nudi per opacas
in die ſolitudines perhibent philoſophari
adhibentes tantum pudēdis tegumenta.
Olim ita philoſophari cupientes non ſo-
lum ſe diuitijs voluptatibus honoribus ⁊
curis mūdanis nudauerūt: ſed etiam qui-
dam vſi cute ꝓ veſte: ſolū pro ſapiētia ſolli-
citi fuerūt: ſed mō ſtudēt vt diuitias ⁊ ho-
nores acquirant. Sequitur ibidem. Ut vi-
deret famoſiſſimā ſolis menſam. Dicit Ua-
lerius. ꝙ quidam in Mileſia regione emit
iactum rethis a quibuſdam piſcatoribꝰ in
mari iuxta templum Apollinis delphici.
Contigit ꝙ piſcatores illo iactu mēſam au
ream extraxerūt: quam emptor habere vo
luit: piſcatores aūt contradixerūt dicētes
tm̄ de piſcibus interceſſiſſe pactū. Tamen
conſenſerūt in hoc caſu: ꝙ ſeptem ſapiētes
qui tūc famoſi erāt cōſulerent cuius menſa
B eſſe deberet. Sapiētes ſuper hoc illū deū:
qui ibi erat. i. apollinē conſulebant. Qui-
bus rn̄ſum eſt: ꝙ aurū ſapiētiſſimo daret:
⁊ ſic data eſt apollini ⁊ conſecrata ſiue ido
lo ſolis tanꝙ ſapientiſſimo: qꝛ deus ſapien
tie fingebat: ⁊ poſtea ſuꝑ mēſam illam da-
bantur rn̄ſa. Uel aliter fortaſſis: menſa illa
fuit tripes apollinis: in q̄ reſpōſa dabant.
Sed reuera ille phus appollonius ⁊ alij q̄
ſic mundū circuierūt potius debuiſſent vi-
ſitaſſe populū iſraeliticum: vt vidiſſent mē
ſam aureā: q̄ erat ſuꝑ arcam teſtamenti: ⁊
vocabat ꝓpiciatoriū: de qua menſa verus
deꝰ dedit reſpōſa: ⁊ ſcti fuiſſent ex rn̄ſis ve
ris dei: ⁊ nō ex reſpōſis idoloꝝ qui ſunt de
mones. iuxta illud pſ. Omnes dij gētium
demonia. Si ille tm̄ laborauit vt videret
menſam ſolis: q̄d non facient ſcholares: ⁊
alij addiſcere volētes: vt videant menſam
ſacre ſcripture. ¶ Septimo debent eſſe ſci
entiaꝝ acq̄ſitaꝝ non obliuioſi. dicente ca-
thone. Que legeris memento. Nam me-
moria naturalis iuuat per artificialē. vtꝫ
ꝑ. s. Tho. in. ij. ij. q. xlix. arti. j. Et ſunt ſex
que adiuuant memoriā. Primū eſt vt eo-
rum que vult memorari ꝑ quaſdā ſimilitu- C
dines cōuenietes aſſumat: nō tm̄ cōſuetas:
qꝛ illa cito euaneſcūt: ſed incōſuetas: q̄a in-
conſueta magis memorant. Uerbi gr̄a. de
eclypſi ſolis ⁊ hmōi: ⁊ ꝓpt hāc cām magis
memoramur eoꝝ que in pueritia videmus
q̄a tūc apparent nobis oīa noua ⁊ incon-
ſueta. Secundum eſt ꝙ frequenter medite
tur: que vult memorie commendare. Unde
Ariſto. in lib. de memoria ⁊ reminiſcentia
dicit ꝙ meditationes ſaluant memoriam.
q̄a vt idem dicit. Cōſuetudo eſt altera na-
tura. Idō ꝙ multotiēs intelligimus cito re-
miniſcimur. Tertiū eſt ꝙ circa vnū vl' pau-
ca: non circa multa ſe exerceat. Eccleſia.
xxxvij. Qui minoratur actu recipiet ſapiē-
tiā. Quartū eſt ꝙ affectum ⁊ intentionem
adhibeat ad ea que vult memorari: q̄a quā
to aliq̄d fuerit animo magis imꝑſſum: tan-
to minus elabit. Un̄ Tullius in rhetorica
dicit ꝙ ſollicitudo cōſeruat integras ſimu-
lachroꝝ figuras. Quintū eſt q̄d multū ad-
iuuat ⁊ defectū memorie ſupplet ē ſcriptu
ra. Eccle. xxxviij. Sapiam ſcribe in tēpore
vacuitatis. In huius figura dn̄s ſcripſit D
bis decalogū ꝓplo iudeoꝝ in tabulis lapi-
deis. Sunt tm̄ aliq̄ qui nihil ponunt in me-
moria ſed oīa in ſcripto. Qui ſolū glorian-
tur de libroꝝ multitudine ⁊ in libris deau-
ratis: ſed q̄d interiꝰ continet parum curāt.
Legit ꝙ q̄dam ſcholaris dum repatriaret
cū multitudine libroꝝ: cōtigit ꝙ portator li-
broꝝ caſu in aquā cecidit: ⁊ ſic oēs libros
ꝑdidit. Q̄d attēdēs q̄dā aliꝰ ſcholarē poſt
eā peditās in libris pauꝑ: ſed i ſcia diues.
Qui ea q̄ audierat in ſcholis: nō libris: ſed
mēorie cōmēdauerat. Hos v̄ſus cōpoſuit
Cordi non carthe tradas q̄ noueris arte.
Ut ſi cartha cadit tecum ſapia vadit. Alij
ſunt q̄ multū cōfidētes de memoria ſua ni-
hil cōmendant ſcripture. Et vtrunqꝫ eſt vi-
ciū. Sextū eſt placentia rei cognite. Hanc
cauſam innuit Plato eſſe in tenera etate:
quare ea q̄ addiſcuntur firmiter in memo-
ria teneant. Octauo debent eſſe formido-
loſi. vn̄ Catho. Magr̄m metue. Un̄ apl'us
ad Ro. xiij. Reddite omnibus debita: cui
tributū tributū: cui timorem timorem ⁊c̄.
Nam videmus canes dn̄os ſuos reuere-

E ri: ⁊ leões aīalia ſeuiſſima timoris ſigna
⁊ reuerentie ſuis magr̄is oſtendunt. Et ta
lis timor debet eſſe filialis: non ex timore
ſeruili. Legimus em̄ ꝙ multi principes fue
runt ⁊ barones: etiā ꝗuis in ſummo hono-
re fuerunt imperij: nihilominꝰ tn̄ ſuos ma-
giſtros ſumme honorauerunt. Vn̄ de Tra
iano legit̄: ꝙ plutarchū mgr̄m ſuū ſumme
honorauit. Silr̄ legitur de Alexandro ma
gno dū ſel̄ ſocratē magr̄m ſuū obuiam ha-
buiſſet: de curru in q̊ reſidebat eo viſo ſta-
tim ad terrā ꝓſiluit: ⁊ ipm̄ reuerēter ſuſce-
pit. Legit̄ in li. apum. ꝙ erāt in ſchola duo
inſolentiſſimi ſcholares. Qui nō ſolum pa-
ti nolebant correctionem magr̄i: verūetiā
ad inſolentiā ⁊ diſſolutiōes alios ſtudere
volentes ſepiſſime cōpellebant. Hoc qui-
dem magr̄ emendare non potuit. Contigit
ergo mgr̄m mori: ⁊ tertio aut quarto die ī
medio ſchole diabolū in effigie magr̄i cum
virga ferrea coram oībus apparere. Nec
F mora cum toruo vultu in adoleſcentes di-
ctos exurgēs cū virga illa illis mortem in-
tētans repēte diſparuit. Moxq; illi nimio
pauore in furiā v̄ſi poſt dies aliquos obie-
rūt: hic ergo ſcholares aduertāt diuinū iu
diciū: ⁊ mgr̄is ſuis obediant: ne contingat
eos cū virga ferrea vapulare. Hinc ꝑ pro-
phetam d̄r. Reges eos in virga ferrea: et
tanq̄ vas figuli cōfringes eos. Et ſubdit.
Apprehendite ergo diſ. ne. ⁊c̄.

¶ Honora patrem ⁊ matrem.

Quarti ſunt qui peccant contra illud
preceptum: ⁊ ſunt ſerui ⁊ ancille nō
honorantes patrēfamilias domus
⁊ matrēfamilias. Quia ſicut filij tenentur
honorare pr̄em ⁊ mr̄em: ſic ſerui ⁊ ancille
debent honorare gubernatorē domus q̄ d̄r
pr̄familias. Quia dicit Apl̄s. j. ad Thim̄.
v. Qui bene preſunt duplici honore digni
ſunt. ſ. in pn̄ti ⁊ in futuro. ¶ Circa q̄d no-
tandū ꝙ in ſacra ſcriptura inuenit̄ quadru
plex genus ſeruorū. Nam aliqui dicuntur
ſerui ex brutali ruditate ⁊ rōnis defectiōe.
Aliq̄ ex morali prauitate ⁊ dei maledictio-
ne. Aliqui ex vulgari egeſtate ⁊ laboris ob
ligatiōe. Aliq̄ ex morali humilitate ⁊ bo-
na opatione. Primo d̄r ſeruus aliquis ex
brutali ruditate ⁊ rōnis defectiōe: ⁊ illi na

turaliter ſunt ſerui alioꝝ: ⁊ teñeñtur alios G
honorare. de quibus dicit Ariſto. j. politi.
c. v. ꝙ intellectu vigentes naturaliter ſunt
alioꝝ dn̄i ⁊ rectores. Et ecōuerſo. intelle-
ctu carentes naturaliter ſunt alioꝝ ſerui.
Ideo dicit. b. Aug. xix. de ci. dei. ca. xxj. ex
dictis Tullij in lib. de republica. ꝙ illi qui
ſunt indomiti non ſm̄ rōnem viuentes: vti-
le eſt vt in ſuitutē redigant̄: ⁊ ſint ſub ſerui
tute. Rurſum apte iuſticie ⁊ iuſtum eſſe vi
det̄ ꝙ talibꝰ hoībus ſit vtilis ſeruitus ⁊ pro
eoꝝ vtilitate fieri. Et tūc recte fit: cum im-
probis auffert̄ iniuriarū licentia: ⁊ domiti
melius ſe habebūt: q̄ indomiti deterius ſe
habuerūt. Et ſubditū eſt dicit Aug. ſupra.
in li. Tullij. vt illa rō formet̄ velut a natu-
ra ſumptū notabile exemplū atq; dictū ē.
Cū deus hoī: animꝰ imperat corpi: rō libi-
dini ceteriſq; vicioſis animi ptibus. Plane
hoc exemplo ſatis edictū eſt q̄buſdam vti-
le eſſe ſeruitutē. hec ille. Et illa eſt ſeruitꝰ
naturalis: ⁊ ptinet ad originalem iuſticiā
ſicut inter vxorem ⁊ maritū: inter patrē ⁊
filiū. Et eſt quaſi naturalis ordo quo infe- H
riora obediūt ſuperioribꝰ. Ideo Ariſto. j.
poli. hanc probat q̄druplici exemplo. Pri-
mo in armonia: vbi eſt vna vox predomi-
nans. Scd̄o in corpore: vbi ſeruit corpus:
⁊ aīa dominat̄. Sed prudens eſt ſicut aīa:
imprudēs ſicut corpus. Tertio ex cōpara-
tione alioꝝ animaliū ad hoīem: vt equi ⁊
vacce multā ſalutē cōſequant̄ ꝑ induſtriā
humanam: eo ꝙ ipſis ſeruiant. Sed impru
dentes ſunt ſicut equi. Quarto ex diuerſi-
tate ſexuū. ſ. virorū ⁊ mulierū: q̄a viri ſunt
p̄ſtantiores mulieribꝰ in rōne. Id̄o feminis
naturaliter dominant̄. quia d̄r. j. politi. ꝙ
conſiliū mulierū nō eſt validū. Secundum
genus ſeruoꝝ eſt ex morali prauitate ⁊ dei
maledictione. de quo Genes. ix. Maledi-
ctus chanaan: eris ſuus ſeruoꝝ fratꝝ tuo
rum. Beatus Aug. xix. li. de ciui. dei. c. xv
tractans iſtā materiā dicit ꝙ nomen ſerui
tutis: vel pōt dubitari per quos primo fuit
acquiſitū vel quibus primo fuit impoſitum
vel a quibꝰ fuit deriuatū. Si ergo querat̄
ꝑ quos fuit acq̄ſitū. Planū eſt ꝙ ꝑ primos
n̄ros parētes. Quia hoī in primordio crea
tionis nō eſt dictum vt dominaret̄ hoī: ſed

beſtijs terre ⁊ piſcibꝰ maris. Unde ⁊ primi
A nr̄i parentes non reges hoim̄: ſed ⁊ paſto-
res pecoꝝ̄ dicti ſunt. Nomē igitur ſeruitu-
tis non meruit natura ſed culpa. Per pec-
catū igiť primoꝝ parētum nomen ſeruitu-
tis fuit pͥmo acquiſitū. Sed ſi queriť q̄bus
fuit primo impoſitū. dicit Augꝰ. ꝙ nuſquā
in codicibus ſcripturaꝝ legimꝰ ſeruū ante
q̄ꝫ hoc vocabulo noe iuſtus: pctm̄ filij vin-
dicaret. Cū em̄ noe poſt plantationem vi-
nee inebriatꝰ nudatꝰ ſtaret: ⁊ Cham verē-
da pr̄is vidiſſet nec cooperuiſſet: poſt evi-
gilationem dixit. Maledictꝰ puer Chana-
an eris ſeruꝰ ſuoꝝ fratrū tuoꝝ. Chanane
is ergo ſm̄ Aug. primo nomen ſeruitutis
eſt impoſitū in vindictā peccati. Sed ſi que-
ratur a q̄bus hoc vocabulū eſt deriuatum
dicit Auguſt. ꝙ in latina lingua crediť no-
men ſeruitutis originē traxiſſe ab illis qui
iure belli poterant a capientibus occidi: ⁊
ſerui a ſeruādo dicti ſunt eo ꝙ ſuabanť q̄d
ſine pcti merito nō eſt. Nam qn̄ iuſtum bel-
lum geritur ꝓ pctō: econtrario dimicatur.
Hāc ſeruitutē oſtēdit magr̄ Egidius lib. ij.
B de regimi. pͥnci. parte. iij. ex tribus. Primo
ex defenſione patrie. ſ. vt homines fortiter
pugnando defendant pr̄iam: inductū ē ſu-
peratos eoꝝ ſuos eſſe. Secūdo q̄a niſi vi-
cens ſperaret aliq̄d bonū a victo: facilius
ip̄m occideret. Ex his ſequiť ꝙ falſum di-
cit ſpeculū ſaxonū: ꝙ ſeruitus nō venit ꝓ-
pter pctm̄ neqꝫ ex noe neqꝫ ex abraam ⁊c̄.
ſed venit ex violentia. Cuiꝰ falſitas patet
ſupꝛꝰ ꝑ Aug. dicentē: ꝙ nomen illud culpa
meruit: nō natura. Idem ptꝫ Gen̄. ix. ꝙ ꝓ-
pter pctm̄ filij vindicādum Noe primo in-
duxit ſuitutē. Idē ptꝫ in cano. xxxij. diſ. c.
eos: vbi dr̄ ꝙ cōcubine ſacerdotū ſi nolunt
deſiſtere: ab ep̄o moniti ſi nō ſe correxerint
principibus indulgemus licentiam: vt eo-
rū feminas mancipent ſeruituti. Idem ptꝫ
in ptibus weſtphalie: ꝙ ꝓpter frequentem
recidiuatiōem a fide karolus impator eos
ſeruituti dn̄oꝝ mancipauit: vt tradunt an-
tique hiſtorie. Sed tales q̄ ſunt ſeruilis cō-
ditionis debēt tale iugū impoſitū cum pa-
tientia portare: ⁊ dominis ſuis obedire.
ſm̄ ꝙ dicit laureatus poeta Franci. pet. in
li. ij. de re. v. fortu. c. vij. dicens. Fer fortu-

n̄e ſarcinam patienter: quam q̄dam ſponte C
etiā ſubiere: vtqꝫ alios a ſeruitio liberarēt
ſibi ſeruitutem delegere. In quibus eſt cla-
riſſimū paulini nomen nolani p̄ſulis. Cu-
ius ſpontanee ſeruitutis exitus felix fuit:
vt debuit. Quidam paruo ſe p̄cio vendide-
runt: vt ſerui effecti ſuos dn̄os pcti vincu-
lis abſoluerent: atqꝫ ad verā reducerent li-
bertatē: in q̄bus ſeraphion q̄dam egyptus
heremicola nobilitatus eſt: hec tibi magis
exempla ꝓfuerint q̄ꝫ lamenta. hec ille. In-
ſup nemo debet alteri obijcere opprobriū
ſeruitutis. Contra q̄s dicit idē Franci. pe.
in li. de re. vtri. for. ca. xiiij. Nemo q̄ naſciť
ſed qui moriť liber eſt. Multum fortune li-
cet in naſcētem: in extinctum nihil. Expu-
gnat vrbes inuictiſſimas: armatos fundit
exercitus: potētiſſima regna ſubuertit: in-
expugnabilis arx ſepulchrum. Illic regnū
vermibus: non fortune. Itaqꝫ limen illud
ingreſſi ſoli mortalium vite huius ab inſul-
tibus ſunt tuti. Tu te liberum iactas. Non
dico ad ſepulchrum: ſed an liber hodie in D
cubiculum ſis iturus. Libertas noſtra te-
nuiſſimo nitens filo: ſicut alia quibus fidi-
tis omnia tremula ſemper ⁊ caduca ſunt.
Et infra. Idcirco te vt reor liberum dicis:
quia dominum nullum habes: ſed Anneū
audi Senecā. Bona inquit etas eſt ⁊ forſi-
tan habebis. Neſcis qua etate hecuba ſer-
uire cepit: qua Creſus: qua Darij mater:
qua Plato: qua Diogenes. His te exem-
plis ille admonet. Et i͂fra. Noli ergo liber-
tate tumeſcere: quando non ex liberis mo-
do: ſed ex regibus ſubito ſerui fiunt. Nec
hoc miraberis: cum ſm̄ Platonis ſenten-
tiam de ſeruis etiam reges fiant. Mutan-
tur aſſidue res humane. Nihil ſub celo ſta-
bile. Quis in tanta vertigine firmum ali-
quid ac manſurum ſperet. Hec ille. Tales
cum patientia dominis ſuis ſeruiant: qui
etiam ad ſacerdotiū ꝓmoueri non poſſunt
niſi manumittantur. vt patet. liiij. diſt. ca.
ſ. ij. ⁊. iij. Rō huius ꝓhibitionis eſt duplex
ſcꝫ ſeruilis vilitas ⁊ clericalis dignitas. vt
liiij. di. admittūť. ⁊ extra de ſer. nō ordi. c.
de ſeruoꝝ infi. Et ſi fuerit ordinatꝰ ſciente
domino ⁊ contradicente reuocabiť in ſer-
uitutem: in quocunqꝫ gradu fuerit ordina-

E tus. Si aūt ſciēte ⁊ nō cōtradicente eo ipo
fit ingenuus. diſt. liiij. ca. ſi ſeruus ſciente
dño. Si ignorāte domino fuerit ordinatus
qꝛ aut p̄ſentatore ſciente conditionē ordi-
nandi: ordinatus remanebit in ordine: ſed
p̄ntator debet cōdēnari dño in duplo. liiij.
di. c. ſi ſeruus abſente dño. Sic etiam non
poſſunt vouere ſolenniter: niſi prius ma-
numittant̄: non tñ pōt ſibi dñs ꝓhibere ꝙ
nō cōtrahat mr̄imoniū: ſicuti nō poteſt ſibi
ꝓhibere ꝙ nō comedat vel bibat. Vñ dicit
apl's. j. ad Thi. vj. Quicunqꝫ ſunt ſub iugo
ſerui dños ſuos honore dignos arbitren-
tur: ne nomē dei blaſphemetur. ¶ Tertio
dicitur aliquis ſeru⁹ ex vulgari egeſtate ⁊
laboꝝ obligatiōe: ſicut ille qui eſt naturalr̄
ingenuus pōt dici ſuus a ſeruiēdo ⁊ ſerui-
tiū qḋ exhibet alicui ꝓpter lucrū tempora-
le. Tales eñi ſui ⁊ ancille tenent̄ ⁊ debēt
ſuū dñm. i. p̄rēmfamilias ⁊ matremfamili
as honorare in ſex. Primo debent eis in li
citis obedire. j. Pe. ij. Serui ſubditi eſtote
in omī tēpore dñis: non tm̄ bonis ⁊ mode-
ſtis: ſed etiā diſcolis. Item apl's ad Eph̄.
F vj. Serui obedite dominis veſtris carnali-
bus cum timore ⁊ tremore in ſimplicitate
cordis veſtri ſicut chr̄o. Sed ꝯtra h̄ faciūt
aliqui ſerui ⁊ ancille q̇ bina vice iubent̄ ali
quid facere: ⁊ ſi faciunt: hoc tñ faciunt cuꝫ
murmure ⁊ triſtitia: aut de mane cuꝫ exci
tantur ſurgūt cum magna pigritia. Debēt
igit̄ ſeruire cū amore ⁊ dilectiōe: tūc cōtin-
git eis ſicut Jacob: q̇ ſeruiuit pro Rachel
ſepteꝫ annis: ⁊ videbant̄ ei dies pauci pre
amoris magnitudine. Gene. xxix. Secun-
do debēt eſſe fideles ī labore. de quo Apl's
ad Epheſ. vj. Nō ad oculū ſeruiētes quaſi
hoībus placētes. Sꝫ ꝯtra hoc faciūt q̇ bñ
⁊ fideliter laborant in p̄ſentia dñoꝝ ſuoꝝ
ſed quādo dorſum vertunt nihil faciūt: ſed
vagis oculis circūſpiciunt. Tertio debent
eſſe fideles dominis ſuis in bonis t̄palib⁹.
Mat. vij. Que vultis vt vobis faciant ho-
mines eadē facite illis. Sꝫ nemo vellet ꝙ
ſibi fieret dānū in bonis t̄palib⁹. Sed con-
tra hoc faciūt ſerui ⁊ ancille: q̇ bona ſuorū
dñorū frangūt aut deſtruūt: vel ſecrete co
medūt aut amicis dāt vel paupib⁹ ſine cō-
ſenſu dñoꝝ ſuoꝝ. Itē debēt eſſe fideles ſe
creta dñi non reuelādo. Itē debēt facere G
ancille reſpectu dñe ſue. Sꝫ q̄rit̄ an famu-
li ⁊ ancille pñt dare elr̄ nam de reb⁹ dñoꝝ
ſuoꝝ. Rn̄det tho. iiij. ſen. di. xv. ꝙ ſerui ⁊
ancille nō pñt dare elr̄ nā de reb⁹ dñorum
ſuoꝝ ſine cōſenſu eoꝝ niſi panē vel brodiū
q̇ non inferūt ſibi magnū nocumentū. Sed
hic rep̄hendēde ſunt q̄daꝫ familie q̇ ꝓpter
pigritiā potius fragmenta canib⁹ ⁊ porcis
ꝓiciūt: q̄ꝫ ꝙ colligerēt ⁊ darēt paupibus.
Item non debēt furari bona dñoꝝ ſuoꝝ ⁊
dare amaſijs vl' alijs amicis: qꝛ eſt ꝯtra p̄-
ceptū illud. Nō furtū facies. Unde in legen
da. s. Thome legit̄ de q̄dā famulo q̇ ſolum
furtū ficuū inuito dño fecerat: ⁊ accedēs
ad cōionem nō poterat ſacr̄m eucharistie
accipere de manu apl'i. Qui in ſe reuerſus
iuit retrorſum ante q̄ddam altare: ⁊ flexis
genib⁹ rogauit deū vt ſibi daret cognoſce-
re illud pctm̄: ꝓpt̄ qḋ repulſus fuit a ſacra
cōione. Rñſum eſt ſibi: ꝙ ꝓpt̄ fructū ficuuꝫ
qḋ nō eſſet confeſſus. Et ſic denuo rediens
ad cōfeſſionē accepta abſolutione cōioneꝫ
recepit. Quarto debent eſſe fideles eis fa-
ma eos cōmendando ⁊ nō ſcandalizare ſi- H
cut q̄dā faciūt dicendo. Ille dñs eſt nimis
parc⁹. Illa dña ē nimis auſtera aut mere-
trix aut fur: qꝛ tenēt̄ ad fame reſtitutiōeꝫ.
Quinto debēt eis eſſe fideles in corpore.
Vñ dic̄ Valeri⁹ li. vj. de ſeruo papirionis:
q̇ cū percipet ꝙ traditores vellēt dñm ſuū
occidere: ſu⁹ cōmutata veſte cū dño ⁊ per
mutato anulo domū clam ⁊ ſecrete itrās
dñm emiſit de thalamo: ⁊ ſe ad locum dñi
poſuit in lectū: ⁊ traditores ipm̄ dñm cre-
dentes occiderūt. Silr̄ in geſtis anglorum
legit̄ de rege codualdo: q̇ dū q̄dā vice mul-
tū ꝯcupiſceret comedere carnes ferinas p̄
cepit cuidaꝫ ſeruo ſuo ꝙ cū arcu ad nemus
iret venando ꝓ ipſo. Cū aūt ſeruus iſte ni-
hil repiſſet triſtabat̄ valde. Sꝫ vſus eſt ar-
te noua: ſcidit eñi femur ſuū ⁊ abſtraxit in-
de fruſtū carnis: ⁊ pato veru aſſauit por-
tans ad regē: ⁊ ſic q̇ ꝑ carnem ferinā ſatiſ-
facere non potuit: ꝑ ꝓpriā carnem dño ſa-
tiſfecit. Sexto debēt in omni labore deū p̄
oculis hr̄e. vñ Greg. Omē bonū quod agi-
mus ſp̄ intentionē ad celeſtia leuemus: de
mane debent orare ⁊ nō cantare: ſicut qui-

dam faciunt. Itē debēt miſſam audire ad
A minus dieb⁹ dñicis. vtz de cōſe. di. j. c. miſ
ſas. Itē non debent maledicere creaturis
ſicut quidam faciunt: q꞉ dicit apl's ꝙ male-
dici regnum dei nō poſſidebūt. Qui taliter
ſeruiūt fidelit̄ ſeruiūt. Qui aūt nō ſeruiūt
fideliter ſunt peiores diabolo: q̄ tamen ali-
qñ inuentus eſt fideliter hoī ſeruiuiſſe. Cu
ius exm̄ narrat Ceſari⁹ diſti. v. c. xxxiij. ꝙ
demon q̄dam adoleſcentis venuſti ſpeciez
induens ad quendā militē venit obſequiū
ſuū illi offerēs. Cui cum multum placeret
tam in decore ꝙ̄ in ſermone gratanter ab
eo ſuſceptus eſt. Qui mox militi ſeruire ce
pit tam diligenter ⁊ tam timide: tam fide-
liter ⁊ tam iocunde: vt ſatis ille miraretur.
Nunq̃ equū ſuū aſcendit: ⁊ nunq̃ deſcēdit
quin ille ꝑparatus eſſet ⁊ genuflexo ſtrepā
teneret. Diſcretū ꝓuidū ⁊ hilarem ſemper
ſe exhibuit. Die q̄dā dū ſemel equitarēt ⁊
veniſſent ante quendam fluuiū magnū: mi
les reſpiciēs ⁊ plures ex inimicis ſuis mor
talibus poſt ſe venire cōſiderans ait ſeruo
Mortui ſumus. Ecce inimici mei poſt me
B feſtinant: fluuius ex oppoſito eſt: nullus ſu
pereſt locus refugij: aut occidēt me: aut ca
pient me. Tunc ille. Ne timeas dñe vaduz
fluminis hui⁹ noui bene. Sequere me: be-
ne euademus. Rñdente milite. Nunq̃ ho-
mo fluuiū iſtū in hoc loco tranſuadit. Spe
tñ euaſiōis ſeruū ducē ſecutus ſine pericu-
lo venit ad littus. Et ecce eis tranſpoſitis
hoſtes ex oppoſito littore cōſiſtentes mira
ti ſunt dicentes. Quis vnq̃ audiuit vadū
in flumine iſto. Non alius niſi diabolus il-
lum trāſuexit: timenteſq̃ reuerſi ſunt. Pro-
ceſſu vero temporis accidit: vt militis vxor
infirmaretur vſq̃ ad mortem. In qua duz
omnes medicoꝝ artes defeciſſent ait iterꝝ
demon dño ſuo. Si dña mea inungeretur
lacte leonina ſtatim ſanaretur. Dicente ve
ro milite vnde hr̄et tale lac? Reſpōdit ille.
Ego afferā. Qui vadēs ⁊ poſt ſpaciū vni-
us hore rediens vas plenū ſecum attulit.
A q̄ cū fuiſſet perūcta mox meliorata priſti
nū recuperauit vigorē. Cui cuz diceret mi
les. Vñ habuiſti tā cito lac iſtud? Reſpon-
dit. De montib⁹ arabie attuli: recedens a
te in arabiā: ⁊ in leonis ſpelūcam intrans
catulos abegi ab ea: ⁊ eam mulſi. Sicq̃ re-
uerſus ſum ad te. Stupente milite ad ver-
ba iſta ⁊ dicente. Quis es tu? Rñdit. Non
ſolliciteris de hoc: ſeruus em̄ tu⁹ ſum ego.
Inſtante milite tandē cōfeſſus eſt dicens.
Demon ego ſum: vnus ex illis q̄ cuz lucife-
ro ceciderunt. Tūc magis milite ſtupente
ſubiunxit. Si natura diabolus es q̄d eſt ꝙ
tam fideliter hoī ſeruis? Reſpōdit demō.
Magna eſt mihi cōſolatio eſſe cū filijs ho-
minū. Dicente milite. Non audeo de cete-
ro vti ſeruitio tuo. Rñdit demon. Hoc pro
certo ſcias: q̄a ſi me tenueris: nunq̃ a me
vel ꝓpter me aliq̄d mali eueniet. Non au-
deo inq̄t. Sed q̄cquid pro mercede poſtula
ueris: licet dimidium bonoꝝ meoꝝ libens
tradā tibi. Nūq̃ hō hoī ſeruiuit tam fideli-
ter ⁊ tam vtiliter: q꞉ ꝑ tuam ꝓuidentiā iu-
xta fluuiū mortem euaſi. Per te vxor mea
recepit ſanitatē. Tūc demon. Ex quo tecū
eſſe non poſſum: nihil ꝓ ſeruitio meo niſi
quinq̃ ſolidos req̄ro. Quos cuz recepiſſet
militi illos reddidit dicens. Peto vt ex eis
nolam compares: ⁊ ſuper tectū illius pau-
peris eccl'ie ac deſolate ſuſpendas: vt ꝑ eā D
ſaltem dñicis diebus fideles ad diuinū cō-
uocent̄ officiū: ſicq̃ ex oculis ei⁹ diſparuit.
Hec ceſari⁹. Sz p̄rfamilias ſi debet hono-
rari a ſua familia tenet̄ familie ſue. ſ. ſuis
⁊ ancillis in ſex. Primo in comeſtibilibus
prouiſionem. j. ad Thimo. v. dicit Apl's.
Si q̄s ſuoꝝ ⁊ maxime domeſticoꝝ curam
nō habet fidē negauit: ⁊ eſt īfideli deterior
Quia infidelis nondū nouit veritatez. Et
licet infideles nō ſunt ſub lege grē: tamen
ſeruāt inſtinctum legis nature. Et talis fi-
dem negauit ſi nō ore vel verbis: tñ opere
eo ꝙ ꝓximū nō diligit. Idō dicit idē apl's.
ad Ephe. vj. Vos aūt dñi eadē facite illis.
Si em̄ tibi deberēt laborare ⁊ fideles eſſe
tunc eis ecōuerſo teneris ꝓuidere neceſſa
ria. Sed cōtra hoc faciunt q̄ famulos ſuos
fatigāt q̄ſi brutū aīal: ⁊ non ꝓcurāt eis co-
meſtibilia: q̄d eſt ꝯtra charitatē. Scd̄o de-
bēt eis eſſe benigni ⁊ charitatiui: ſicut de-
um ſibi volunt eſſe clementē ⁊ piū. Vñ Se-
neca ī ep'la. xliij. dicit ſic. Cum inferiori vi-
uas: queadmodū ſuperiorē tecū viuere ve
lis. Et q̄tiens tibi in mētem q̄d tibi liceat in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeruū totiēs tibi veniet in mētē tantūdē in
E te dn̄o ſuo licere. Forte dicis. Ego nullū
habeo dn̄m: forſitan inq̄t habebis. Neſcis
enī q̄ etate hecuba ſeruire cepit: q̄ creſus q̄
darij mr̄: q̄ plato: q̄ diogenes. hec ille. Sȝ
cōtra hoc faciūt q̄ raro bona verba ꝯtra fa
mulos dicunt. Maledicunt eis ⁊ blaſphe-
mant dicendo fur: meretrix. Uideant ille
dn̄e ne eis cōtingat ſicut cuidā dn̄e q̄ ſemꝑ
habuit iracundiā ſuꝑ familiā ſuam: ⁊ nūq̄
boni animi fuit: ⁊ quā eius ancilla demoni
acā credebat. Que accipiēs herbas bene-
dictas eam cepit circuire ⁊ fumigauit eam
dicendo aliquid ſub ſilentio murmurādo.
Q̄d cū dn̄a videret: queſiuit quid faceret.
Reſpondit ſe demonem velle fugare: q̄ eā
ad iracundiam ꝓuocaret. At illa ſubriden
do dixit. Ueni nunc: ⁊ promitto tibi ꝙ nec
tibi nec alicui iraſcar vnq̄. Que poſtea mi
tis ⁊ iocunda facta eſt. Iſti certe nō atten-
dūt ꝙ om̄es ſumꝰ frēs ⁊ vnus dn̄s: ⁊ vno
ſanguine redempti: ⁊ eandē poſſeſſuri he-
reditatē. Igiṫ dn̄s vel dn̄a nō debet ſper-
nere famulū vel famulā: qꝛ fortaſſis melio
F res aliq̄n ſunt coraȝ deo: qꝛ aliq̄n famulus
eſt humilis ⁊ dn̄s eſt ſuꝑbus: ⁊ ſeruꝰ caſtꝰ
⁊ dn̄s luxurioſus vel ebrioſus: ⁊ ſic ſimiſr
ancilla. Item dn̄s nunq̄ debet diabolum
noīare dicendo. Uade in noīe diaboli: vel
fac hoc. Quia dicit Greg. li. iij. dial. ꝙ qui-
dam nomīe ſtephanus veniens de itinere
vocauit famulum dicens. Ueni diabole di-
ſcalcia me. Ad cuius vocem mox ceperunt
corrigie calceoꝝ diſſolui: vt apte cōſtaret
ꝙ qui noīatus fuiſſet adeſſe conſtaret. Q̄d
dn̄s vidēs vehementer expauit dicēs. Re
cede: non te ſed famulū meū vocaui. Et ſic
receſſit. Tertio debent eos corrigere ſi de-
linquunt: q̄a ipſi teneṅ reddere rōnem in
extremo iudicio: ſi non ieiunent vel orent
vel feſtiuent. vn̄ Aug. in ep̄la ad comitem.
Queſo inquit mi frater om̄ibus tibi ſubie-
ctis a maiori vſq̄ ad minimum amorem et
dulcedinē regni celeſtis: timorem ⁊ amari-
tudinem pene gehēnalis annuncies: ⁊ de
eoꝝ ſalute ſollicitus ⁊ vigil exiſtas: q̄a de
oībus que ī domo tua ſunt rōnem dn̄o red
des. Suade ergo eis vt caueāt a ſuperbia
detractione ⁊ ebrietate: ira ⁊ luxuria: fur-
to ⁊ periurio. hec Aug. Ergo maxime pec G
cant illi domeſtici q̄ hn̄t familiam iacētem
in publica fornicatione: ⁊ nō impediūt aut
corrigūt: vt alique ancille q̄n locant ſe faci-
unt pactū ꝙ habeāt aliquos bonos ſocios
eas ſequētes: ꝙ nolūt inire pactū niſi hoc
admittāt. Et tales non debent conducere.
Quarto ꝓmij ſolutionem. Leuiṫ. xix. Non
morabitur opus mercennarij apud te vſq̄
mane. Unde Thobias docuit filium ſuuȝ.
Thob. iiij. Quicūq̄ tibi aliq̄d operatꝰ fue-
rit ſtatim ei mercedem reſtitue: ⁊ merces
mercennarij tui non manebit apud te vſq̄
mane. Q̄d tamen multi iniuſti dn̄i faciunt
qui mercedē debitam certo tēpore non ſol-
uunt: ⁊ ſic famulos ſuos furari cōpellunt.
Et ſi aliq̄d perdiderint imponunt famulis
⁊ ancillis ⁊ illud eis in precio defalcant.
Que mercedis retentio indebita eſt pctm̄
clamans in celū. iuxta illud Iaco. v. Mer
ces operarioꝝ v̄roꝝ qui meſſuerunt ſegetes
v̄ras que defraudata eſt a vobis clamat: ⁊
clamor eoruȝ venit ad aures dn̄i ſabaoth.
Quito teneṅ eis dare bona exēpla. Iō d̄r
extra de vo. ⁊ vo. redem. c. magne. Que a H
maioribꝰ fiunt defacili trahunṫ a ſubditis
in exemplum. Sed ve illis qui potius fami
lie ⁊ ſubditis ſuis ſunt cauſa ruine q̄ forma
virtutum. De quibus Grego. ⁊ ponitur. xj.
q. iij. ꝓcipue. Tot mortibꝰ digni ſunt quot
exempla prauitatis in poſteris relinquūt.
Tn̄ prudens p̄rfamilias non debet multū
turbari: ſi aliq̄ de familia ſunt mali: dūmō
ſunt ſanabiles: ꝑut Aug. ponit ad Uincen-
tiū donatiſtā. ⁊ poniṫ. xlvij. di. c. quantū.
Licet vigilet diſciplina domus mee homo
ſum: ⁊ inter hoīes viuo: nec mihi arroga-
re audeo: ꝙ domus mea melior ſit q̄ arca
noe. Ubi inter octo hoīes vnus reprobus
inuentꝰ eſt. ſ. cham. Aut melior q̄ domus
abrae: cui dictū eſt. Eijce ancillā ⁊ filiū eiꝰ.
Gene. xix. Aut melior ſit q̄ domus Iſaac.
cui de duobus geminis d̄r Malach. i. Ia-
cob dilexi: Eſau autē odio habui. Hec Au
guſtinus. Si autē ſunt inſanabiles eijciēdi
ſunt de domo: ꝑut ſcribit Hierony. ⁊ poni
tur. xxiiij. q. ij. cap̄lo. Reſecande ſunt putri
de carnes: ⁊ ſcabioſa ouis a caulis repel-
lenda eſt ne pecora corrumpanṫ. Sexto fa

A me ꝯſeruationē q̄ꝛ nemo debet familiā ſuā
denigrare in fama: ſicut q̇dam faciunt ſcā-
daliſantes familiā ſuaȝ. ¶ Quarto mō dr̄
ſeruꝰ ex morali hūilitate ꝛ bona opatiōe.
de q̊ Jo. xv. Jam non dicā vos ſeruos ſed
amicos. Talis eſt ſeruitꝰ qn̄ q̇s deo ſeruit
cui ſeruire regnare eſt. Jō ſancti viri gl'ia-
bank ſe vocari ſeruos dei. Nam legik in vi
ta ſcti Greg. pape. ꝛ idē recitat Martinus
in chronica ſua: ꝙ p̄mꝰ papa qui ſe ſcripſit
ſeruū ſeruoꝝ̄ dei fuit b. Greg. q̇ ex magna
humilitate vocauit ſe ſeruū ſeruorum dei.
Et btā virgo vocauit ſe ancillam dn̄i. vtȝ.
Lu. j. Et paulus apſus in epl'is ſuis ſe ſer-
uū chr̄i vocauit dicēs. Paulus ſeruus chr̄i
ꝛc̄. Sic dauid pſ̄. cxviij. Seruus tuꝰ ſum
ego. Et alibi. Ego ſeruus tuus ꝛ filiꝰ ancil
le tue. Tales ſerui ſunt oēs cultui diuīo
mancipati. Sed q̇dam ſeruiunt peccatis ꝛ
diabolo. De quibus Joan. viij. Qui facit
pcm̄ ſeruus eſt peccati. Vn̄ Aug. li. iiij. de
ciui. dei. Bonus īquit ſi ſeruit liber eſt: ma
lus aūt ſi regnat ſeruus eſt nec vnius hoīs
ſed qđ grauius eſt tot dn̄oꝝ quot vicioꝝ̄.
B Alius em̄ libidini: alius auaricie: alius am
bitioni. Hec ſeruitus prochdolor eſt cōmu
niſſima: q̄ꝛ multi reges ꝛ dn̄i qui alijs ho-
minibus dn̄ank tali ſeruituti ſubijciuntur.
Jdeo dixit Diogenes phs alexandro re-
gi ꝙ ipe eſſet ſeruꝰ ſeruoꝝ eius ꝑ eo ꝙ pec
cata que fuerunt ſub Diogene erant domi
ni Alexandri. Pro hoc legunk in li. de mo-
ribus ꝛ vita phoꝝ. Non em̄ illis vicijs ſed
oīpotēti deo ſeruiēdū eſt. Cui ſeruire tu
tiſſimū eſt. Sed q̇dam ſeruiūt ei ex timore
ſeruili vt ſunt illi qui timent penas eterne
damnatiōis: ꝛ ſic bonū faciūt. Et hij licet
penas damnatoꝝ euadant attamē plenā
retributiōem non inuenięt. Jō dicit Aug.
li. ij. cōtra pelagiū. Qui timore pene ꝛ non
amore iuſticie bonum facit adhuc penitus
a malo nō receſſit q̄ꝛ illud non facit in cor-
de qđ fieri videk in opere. Et hō mallet bo
nū nō facere ſi poſſet impunitus tranſire.
O quot ſunt tales ꝙ ſi infernus non eſſet
nunq̄ȝ bonū facerent. Recitat. b. Gregoriꝰ.
in li. ij. dialo. ꝙ erat quidaȝ monachus no-
mine ſed non re: cui nimirum graue erat ſi
q̇s ſibi ꝑ ſalute aliq̇d loquerek. Non ſolum
aūt nō bona facere: ſed nec poterat audire C
hic cum in extremis eſſet poſitus cōuene-
rūt frēs vt egreſſum illius aīe orando pro
tegerēt. Tunc repēte cepit eiſdē fratribus
clamare. Recedite recedite. Ecce datus
ſum draconi ad deuorandū qui propter ve
ſtrā p̄ſentiam me nō pōt deglutire. Caput
meū iam ore abſorbuit: date locum ne am-
plius me cruciet. Tunc fratres dixerunt.
Signa te ſigno crucis. Rn̄dit. Nō poſſum.
Tūc fratres ꝓſtrati ſup terram cū lachry-
mis ceperunt ꝑ redemptione illius vehe-
mēter exorare. Et ſubito cepit magnis vo-
cibus clamare dicens. Gratias ago deo q̄ꝛ
draco veſtris oratiōibus expulſus eſt. Itē
narrat Beda in geſtis angeloꝝ. ꝙ tempo-
re Cōſtantini iunioris q̇dam miles valde
diſſolutus defunctꝰ eſt circa annos domi-
ni octingentoſſex. Qui poſtmodum vite re
ſtitutus ꝛ penis territus quas viderat fu-
git ad heremū: fecit quoq̄ȝ cellā circa quod
dam fluuium. In quo veſtibꝰ indutꝰ ſepiꝰ
lauabak permittēs ſic veſtimenta ad car-
nem congelare. Poſtea ꝓ balneū calidiſ- D
ſimū intrauit. Et ſic continuauit illud vſq̄ȝ
ad mortem. Et cū ſup iſto a videntibus ar-
guerek. Reſpōdit. Si vidiſſetis q̄ ego vidi:
eadem ꝛ maiora mecū faceretis. Secūdo
quidā ſeruiūt deo ꝑpter cōmoduȝ. ſ. vt bn̄
ſit eis in p̄nti vita. Iſte ſeruitꝰ ſm̄ Chryſ.
nō eſt ꝑfecta. Et ponit exemplum de illis q̇
alicui regi ſeruiūt nō q̄ꝛ regē diligunt: ſed
donatiua ſua expectant. Tertio quidam
deo ſeruiūt ꝑpter ſuā infinitā ꝛ eſſentialē
bonitatē: vt ſi non eſſet celum retributiōis
nec infernus damnationis adhuc deo ſer
uirent ꝛ mādata ſua timore filiali cuſtodi
rēt: queȝ nobis tribuere dignek q̇ viuit ꝛc̄.

¶ Honora patrem ꝛ matrem.

Quinti ſunt qui peccant contra iſtud
preceptum: ꝛ ſunt illi qui debitum
honorem ſubtrahunt gubernatori-
bus reipub. vt ſunt cōſules ꝛ ꝓcōſules dic
Ariſto. in. v. Ethico. ꝙ princeps eſt cuſtos
iuſti. Ideo alteri laborat. Sequik merces
autem danda eſt principi. Hec autem eſt
honor ꝛ gloria. Quibus aūt non ſufficiunt
hec efficiuntur tyranni: quia inhiāt lucris
per fas ꝛ nefas. Sunt ergo honorandi q̄a

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E eſt magnū meritū bene agere rempublicā:
quia magni meriti eſt bene ſeipſuꝫ: maius
meritum eſt bene regere bonum cōmune.
Et nō honorātes faciūt ꝯtra illō. j. Pe. ij.
Deū timete: regē honorate. i. rectorem rei-
pub. Rō huiꝰ ē: qꝛ oīs ptās a dño deo eſt: ⁊
qui reſiſtit ptāti: deo reſiſtit. ad Roma. xiij.
Ergo qui inhonorat principem aut recto-
rem reipublice inhonorat deum: cuius vi-
cem ille gerit in terra. Et talis honoꝛ con-
ſiſtit in quinqꝫ. ſ. Aſſurgere venienti. Aſſi-
ſtere ſedenti. Inclinare ſe tranſeunti. Ge-
nuflectere preſidēti. Incedentē ſeq. ¶ Ad
hoc exequendum inducunt nos tria: ſcili-
cet ſcriptura: vt ſaluatoꝛ noſter. Luce. ix.
Aſſurgere docuit ⁊ honorare maiores in
conuiuijs dicens. Cū inuitatus fueris ad
nuptias: non recumbas in primo loco: ne
forte honoratioꝛ te ſit inuitatus: ⁊ tunc ve
niens qui te ⁊ illum inuitauit dicat tibi: da
huic locum ⁊c̄. Unde ad Ro. xiij. Reddite
om̄ibus debita cui tributum tributum: cui
honorem honorem. Ideo illis talis honoꝛ
debet̄ propter gubernandi ⁊ regendi gra-
F dum quē habēt. vt hr̄ ad Hebre. viij. Obe-
dite prepoſitis veſtris ⁊ ſubiacete eis ⁊c̄.
Propter poteſtatem cohercendi quam ha-
bent debet̄ eis timoꝛ timete eū qui habent
poteſtatē mittendi vos in gehennam. Lu.
xij. Tertio ꝑpter precium laboris quem a
ſubditis tolerāt debet̄ eis munerum largi-
tio. Ideo dicit apl's vbi ſupra. reddite om̄i-
bus debita: cui tributum tributum: cui ve-
ctigal vectigal: cui honorem honorē. Se-
cūdo ad hoc inducūt canonica iura. Uñ in
ca. xiij. q. vlti. ca. Eſt ordo ꝙ hec eſt iuſticia
ꝙ minoꝛ ſeruiat maioꝛi: ⁊ primuꝫ locum ei
dat in ſedendo. Jō dr̄ extra de emu. eccle.
ca. aduerſus. Qui alteri ſuccedit in onere
debet ei ſuccedere in honore. Idem dicit̄
extra de pigno. c. ex lr̄is. Notandum ꝙ. iij
politi. diſtinguit Ariſtote. ſex genera prin-
cipatuum: quibus honoꝛ paternus debet̄:
ꝗ̄uis diuerſimode. Primum genus voca-
tur monarchia ⁊ ē principatꝰ vniꝰ qui in-
tendit bonū cōe ⁊ omnium ciuiū ſm̄ ſuum
ſtatū. Talis omni honore dignus eſt: ⁊ iſte
eſt optimus principatus. vtꝫ. vij. q. j. c. In
apibus eſt vnus princeps: grues vnam ſe-
quuntur ordine litterato: roma condita ſi- G
mul duos reges hr̄e non potuit ⁊c̄. Idem
patet in mundo. vbi oīa ab vno deo guber-
nant̄. Jō dicit Ariſto. xij. metha. ꝙ eſt vnꝰ
princeps. Idem patet in humana natura
vbi oīa membra ab vna reguntur anima.
Idem ꝓbat magr̄ Egidiꝰ libro. iij. de regi.
princi. ꝑte. ij. c. iij. volens ꝙ inde ſequitur
pax ⁊ tranquillitas inter ciues: ſi plures ſe
quitur diſcordia: niſi illi plures fuerint vni-
ti in vno. Secundo inde ſequit̄ potentia ⁊
fortitudo ciuitatis: q̄a dr̄ in lib. de cauſis:
ꝙ virtus vnita eſt maioꝛ ſeipſa diſꝑſa. Si
multi traherent nauē vnus traheret: alter
retraheret nauis non moueret̄. Si aūt in
vno ſimul traherēt ſequitur motio nauis.
Sic ſi tota ciuilis potētia q̄ eſt in pluribus
principātibus congregaret̄ in vno princi-
pe: efficatioꝛ eſſet iſte princeps. Sed q̄ vult
recte ⁊ iuſte regere debet primo eſſe ſcien-
tia illuſtratus. Prouerbi. xx. Rex ſapiens
ſtabilimentū eſt ppl'i. Jō dicit Ariſto. j. re-
tho. Felix eſt ciuitas cuius phi ſunt preſi-
des. Et Boetiꝰ. iij. de cōſola. ꝓſa. iiij. Tu
hanc ſniam Platonis ore ſanxiſti beatas H
fore reſpublicas ſi eas vel ſtudioſi ſapien-
tie regerent: vel eaꝝ rectores ſtudere ſapi
entie cōtigiſſet. Uñ q̄dam rex romanorum
ſcribit cuidam regi francoꝝ. Rex illittera-
tus eſt quaſi aſinꝰ coronatꝰ. Secundo de-
bet eſſe parcitate menſuratꝰ. Jō dr̄ Eccl's.
x. Ue terre cuiꝰ rex puer eſt: ⁊ cuius princi
pes mane comedunt. Beata terra cuiꝰ rex
nobilis eſt: ⁊ cuius ꝑncipes veſcunt̄ in tpe
ſuo. Nam dicit Laureatus poeta Franciſ.
petrar. li. j. de re. vtri. fortune. ca. xc. Non
cultus exterioꝛ ſed interioꝛ habitꝰ ⁊ mens
regia regem facit. Alexandri principis di-
ctum fuit imperium in ꝟtute ⁊ decore exi-
ſtere. Uñ in lib. de vita ⁊ moribꝰ phorum.
De Solone legit̄ dictū. Populi inquit re-
ctoꝛ prius ſe ꝗ̄ populum rectificare debet.
Alioquin erit vt ille qui vmbram curuam
prius rectificare conat̄ ꝗ̄ virgam curuam
vmbrā faciens. Si ergo ebrius eſt: quō po-
terat alios ab ebrietate cōpeſcere: que eſt
magis periculoſa in principibꝰ ꝗ̄ alijs. Cu-
ius exemplum patet in Holoferne inebria-
to qui fuit a Judith occiſus, Herodes ine-

A briatꝰ iuramentũ temerariũ fecit. Marci.
vj. Noe deriſus. Geñ. ix. Tertio debet eſſe
poteſtate ſolidatus vt puniat maleficia.
Vñ ⁊ ponit. xxiij. q. v. ca. Regum ꝓprium
eſt facere iudiciũ ⁊ iuſticiam ⁊ liberare de
manibꝰ vi oppreſſos: peregrinos: pupillos
⁊ viduas: q̃ facilꝰ opprimunt a potentibꝰ.
Tales opprimentes debent plectere ꝑ iu=
ſticiam. vtz. xxiij. q. v. ca. Rex debet furta
cohibere: adulteria punire: impios de ter=
ra perdere: parricidas ⁊ ꝑiuros nõ ſinere
viuere. Quarto debet eſſe iuſticia decora=
tus: q: ſine tali iuſticia reſpublica ſtare nõ
põt. Sap. j. Diligite iuſticiam vos q̃ iudica
tis terrã. Item Aug. li. iiij. de ciui. dei. ca.
iiij. Remota inquit iuſticia q̃d ſunt regna:
niſi magna latrocinia. vnde Hiero. ⁊ poni
tur. xxiii. q. v. ca. regnũ. vbi dr̃. Iuſticia re=
gis eſt deũ timere ⁊ ꝑ oĩa in eo cõfidere: fi
demqꝫ catholicam habere: eccleſias quo=
qꝫ defenſare ac eorum miniſtros venerari.
Cuiꝰ exẽplum patet ĩ Theodoſio impera=
tore. ſicut legit in hiſtoria tripartita. lib. ix.
Nõ cũ apud theſſalonicã ciuitatẽ quidam
B iuuenes fuiſſent lapidati. Indignatꝰ The
odoſius omnes paſſim interimi iuſſit. Ubi
ſeptẽ milia ſunt occiſi non precedente iudi=
cio. Cũ aũt Ambroſius audiſſet hanc cla=
dem ⁊ princeps veniſſet mediolanũ in tẽ=
plum occurrens ei. b. Ambroſiꝰ ipm̃ repre=
hendens dixit: ꝙ indignus eſſet ſacri tẽpli
limina calcare: nec illud deberet intrare ꝑ
pter necem. Et dixit imperatori. Recede
nefande: ⁊ ſuſcipe vinculum quo te ligauit
oĩm dominus. His auditis obediuit impe
rator gemens ⁊ dicẽs ad Ambroſiũ. Tuuz
eſt medicamẽtũ imponere meũ ẽ patiẽter
ſuſtinere. Et cũ allegaſſet dauid adulteriũ
⁊ homicidia. Rñdit Ambroſi. Secutus es
errantẽ ſequere ⁊ penitẽtem. Et cũ excõi=
cationẽ ſuſtinuiſſet ꝑ octo mẽſes eum ab=
ſoluit ⁊ fecit ſcribere decretũ ꝙ nunqꝫ exe=
queret ſentẽtia imperatoris niſi poſt. xxx.
dies. Hoc facto imperator eccleſiam rein=
greditr. Itẽ non debet iniq̃s exaltare ⁊ bo=
nos deprimere: blanditores ⁊ adulatores
non audire. Iniuſtos ſuper regni negocia
nõ cõſtituere: filios non ſinere impios age=
re: viduas ⁊ pupillos defendere: exemplo
egregii imꝑatoris Traiani: qui audiuit vi= C
duam ad eũ clamantẽ ⁊ iuſtitiã petentem:
de his q̃ innocentẽ eiꝰ filium occiderant.
Qui cũ equum aſcẽdiſſet reſpõdit. Ego fa=
ciam tibi iuſticiã cũ rediero. Rñdit mulier.
Et ſi non redieris. Ait rex. Tunc ſucceſſor
meus faciet. Et illa. Quid proderit tibi ſi
alius benefecerit? Tu mihi debitores ſm̃
opa mercedẽ recepturus: te non liberabit
iuſticia aliena. Quibꝰ v̈bis motus impera
tor de eq̃ deſcendit ⁊ cãm examinauit. De
his oĩbus dicit Aug. lib. v. de ciui. dei. ca.
xxiiii. dicens. Neqꝫ nos chr̃ianos quoſdã
imꝑatores iõ felices dicimꝰ q: diutiꝰ impe=
rarunt vel imperantes filios morte placi=
ta reliq̃rũt vł hoſtes reipublice domuerũt.
Sequit ibidẽ. Hec ⁊ alia q̃dã cultores de=
monũ accipe meruerũt. Seq̃t ibidẽ. Sed
felices ideo dicimus ſi iuſti imperãt: ſi iter
linguas ſublimiter ſalutãtiũ nõ extollunt
⁊ ſe hoĩes eſſe meminerint: ſi ſuã ꝑtãtẽ ad
dei cultum maxime dilatandum maieſtati
eiꝰ famulatum faciunt. Si deũ timent: dili
gunt colũt. Si plus amant illud regnũ vbi
nõ timẽt hr̃e cõſortẽ. Si ꝓpter regnum ce= D
leſte corpꝰ exponũt. hec Aug. ¶ Secundũ
genꝰ ꝑncipatꝰ vocat tyrannia: ⁊ eſt prece=
dẽti ꝑciſe cõtraria: ⁊ peſſimꝰ ꝑncipatꝰ. De
q̃ dr̃ Prouerb. xxix. Cum impii ſumpſerint
principatũ gemit ppl'us. Prouerbi. xxviii.
Regnantibꝰ impie ruine hoĩm. vñ Frãciſ.
petrar. lib. ij. de re. vtri. for. c. xxxvii. Et q̃=
tiens inquit digni digniſſimis ꝑferunt quo
tiẽs indigni indigniſſimos iudicant: ⁊ alie
narũ ſeuerior: ſuarꝫ q̃ſqꝫ fauorabilis rerum
iudex. Multi ſe indignos dicũt pauci cre=
dunt. hec ille. Talis ſm̃ Ariſto. v. poli. ſtu=
det ꝑmo excellẽtes ĩ ſuo ꝑncipatu perime=
re: q: tales eſtimant poſſe ſe ĩſurgere ꝯtra
ſe. vñ poeta. Aſperius nihil eſt humili duꝫ
ſurgit ĩ altũ. Cũcta ferit dũ cũcta timet dũ
feriet oẽs: Et ſe poſſe putat nec beſtia ter=
ribilior vlla ẽ: q̃ꝫ ſerui rabiem in terga libe=
ra furentis. Ideo dr̃ Prouer. iii. Per tria
mouet terra: ⁊ quartum nõ põt ſuſtinere.
Per ſeruũ cũ regnauerit. Per ſtultum cuꝫ
ſaturatus fuerit cibo: Per odioſam mulie=
rem cũ in matrimoniũ fuerit aſſumpta. Et
ꝑ ancillã cum heres fuerit dñe ſue. Tales

E cū p̄ncipatum fuerint aſſecute nō p̄mittēt
aliquē ſecū viuere. Teſtāte Ariſto. v. ethi.
ex dictis Biātis. Principatus virū oſ̄ndit.
Quia malus dū habuerit poſſe: oſ̄ndit ma=
liciā ſuā: qđ eſt valde ſtultū. teſtāte Boe.
li. ij. de cōſo. pſa. v. Quid eſt inq̄t qđ ī altū
q̄ſq̄ facere poſſet: qđ ſuſtinere ab alio non
poſſet ip̄e. Buſiridē accipimus necare ſoli
tum hoſpites ab hercule hoſpite fuiſſe ma
ctatum. Regulus picres penorum bello ca
ptos in vincula coniecerat: ſed mox ipſe vi
ctorū cathenis man⁹ p̄buit. Sic etiam Ne
ro fuit occiſus q̄ multos ſenatores occide=
rat. dicēte Boe. li. ij. pſa. Nouimus quan=
tas ruinas dederit vrbe flammata: p̄tribuſ
q̄ ceſis fratreq̄ quondā ferens interempto
maduit cruore matris effuſo. Scđo tyran=
nus conat̄ ſapiētes deſtruere: quia vellet
eos oēs eſſe ignorātes ſue malitie vt neſci
rent pp̄l'm cōcitare cōtra ip̄m. Tertio ami=
citias hoīm deſtruere: vt inter ſe litigātes
ipſum facere p̄mittant q̄cq̄d vult. Quarto
regna bello p̄curat. Ideo dubitat Ariſto.
iij. Politicoꝝ. An ſit melius habere reges
p̄ electionē aut p̄ hereditariā ſucceſſionē.
F Reſpōdent docto. q̄ p̄ ſe loquēdo melius
eſt continuare regnū p̄ electionē. vt p̄tz in
papatu ⁊ imp̄io. Papa per cardinales: im
perator p̄ ſuos electores ad hoc ordiatos.
vtz de elect. ⁊ elect. pot. c. veneris. Ratio
huius eſt: q̄r cōtingit ſucceſſorē eſſe malum
aut tyrannū vel fatuū. Sed p̄ accidēs me=
lius eſt in caſu cōtinuare regnū p̄ ſucceſſio
nem hereditariā p̄pter multas rōnes. Pri
mo p̄pter diſcordiā eligentiū: p̄pter quam
multa mala fiunt in partibus iſtis. Unde
magr̄ Egidius lib. iij. de regi. principū ad=
ducit ad propoſitū tres rationes. Prima:
q̄r peiores ſunt mores illoꝝ qui nup̄ facti
ſunt diuites: q̄z q̄ fuerūt diuites ab āntiquo.
Cuius exemplū patet in filio cuiuſdā car=
bonarij: q̄ p̄pter diſcordiā eligentiū fuerat
electus in regem cuiuſdam cōitatis. Veni=
ens aūt pater ⁊ videns filiū in regalib⁹ in=
ſignijs interrogauit filiū an ipſum cogno=
ſceret? Reſpondit filius. Pater non cogno
ſco meip̄m quomodo te deberem agnoſce=
re? Secundo quia cōuenientiores mores
ad regendum didicerunt filij regentium.

Tertio merita parentū talibus inducūt q̄n G
dam neceſſitatem benefaciendi: ne fili⁹ vi=
deatur degenerans a parētibus. Quarto
quia per diutinā conſuetudinē populus fi=
lijs libentius obedit: ⁊ tales q̄uis mali ſint
adhuc debet̄ eis honor: q̄r tal̄ q̄libet gerit
vicem dei: ideo deus in ipſo honorat̄. Se=
cundo q̄r eſt perſona publica: ideo in eo ho
noratur cōmunitas vel ciuitas. ¶ Tertiū
genus principatus eſt ariſtocratia: id eſt
principatus bonoꝝ: vbi pauci regunt bo=
ni: vnde etiam inoleuit q̄ tales Rome re=
gentes dicebātur optimates: quaſi optimi
pro cōmunitate exiſtentes. Etiā vocaban=
tur patres conſcripti: quia nomina illorum
fuerūt ſcripta literis aureis. Etiam voca=
bantur ſenatores a ſenio vel ſenectute: q̄a
Romulus in principio ſui regni elegit cen=
tum viros: quoꝝ cōſilio omnia ageret: ta=
les primo debent eſſe ſenes: quia dicit Iob
ca. xij. In ſenibus eſt ſapientia: ⁊ in longo
tp̄e prudentia. Ideo Roboam p̄didit de=
cem tribus: q̄r audiuit ꝯſilia iuuenū. Unde
Valeri⁹ lib. vi. ca. ij. dicit de illo qui reſpon
dit minanti q̄ habuit multos gladios. Re= H
ſpondit alius: ⁊ ego habeo multos annos.
Ideo precepit dominus moyſi vocare ſe=
niores ad cōſiliū. Nume. xi. ⁊ Exod. iij. q̄a
ſm̄ Tulliū. ij. Rheto. Conſilium eſt exami
nandarū gubernandarūq̄ rerum ſubtilis
animi proſpectus. Secūdo conſiliū debet
eſſe ſapientum ⁊ litteratorū. Ideo Thob.
docuit filiū ſuū. c. iiij. di. Conſiliū a ſapien
te require. Ideo dicit Boe. i. de conſola.
pſa. iiij. Tu hanc ſententiā Platonis ore
ſanxiſti: beatas fore reſpublicas ſi eas vel
ſtudioſi ſapientie regerent vel eorū recto=
res ſtudere ſapientie cōtigiſſet: non vnius
ſapientis: ſed multoꝝ ſapientū. Prouerb.
ij. Salus populi vbi multa conſilia: q̄a qđ
duo vel tres inuenire non poſſunt: hoc fa=
ciunt decem vel viginti. Ideo non debent
inniti proprio capiti: ſed ſentētias aliorum
audire. Grauiter peccant ergo illi qui dant
conſilia mala principibus ⁊ dominis ad
incendia: rapinas aut guerras. Aut com=
munitatibus: de quo cōmunitas finaliter
depauperetur. Cuius exemplum ponitur
in ſpeculo hiſtoriali libro. xxv. cap. xlix. de

Karolo magno dicente de ſeipõ. Ego Ka
A rolus impator dono dei rex germanorũ
⁊ patricius romanorũ atq; impator fran=
corum: ſacra nocte diei dominice poſt cele
brationem nocturnarum horarũ ⁊ diuinũ
officiũ: dum irem repauſare vt vellē ſom=
num capere venit ad me vox terribiliter ſo
nans. Karole exiet a te modo ſpiritꝰ tuus
in hora non modica. Statimq; fui raptus
in ſpiritu: ⁊ qui me ſuſtulit erat candidiſſi=
mus: tenens in manu ſua glomerem lineũ
clariſſimum iubar luminis emittentem: ſi=
cut ſolent comete facere qñ apparent. Ce=
pitq; illum abſoluere: ⁊ dixit ad me. Acci=
pe glomeris micãtis filum: ⁊ liga in nodo
firmiter in pollice tue manus dextre: quia
p illũ duceris in laborintheas infernorum
penas. Hoc dicto. Preceſſit me velociter
diſtorquens filum luciflui glomeris: duxit
q; me in profundiſſimas valles igneas que
erant plene puteis ardentibꝰ pice ⁊ ſulphu
re: plumbo: cera ⁊ adipe. Et inueni ponti=
fices pr̃is mei ⁊ auunculorũ meorũ. Quos
cum pauens interrogarem: cur tã grauia
paterentur tormenta. Reſponderunt. Fui
B mus epiſcopi patris tui ⁊ auorum tuorum
⁊ dum debuimus illos ⁊ populum eorum
de pace ⁊ cõcordia admonere: ſemiauimꝰ
diſcordias ⁊ fuimus incentores malorum.
Ideo nunc intẽdimur in his tartareis ſup=
plicijs: ⁊ nos ⁊ alij homicidiorum ⁊ rapi=
narum amatores. Huc etiã tui epĩ ⁊ ſatel=
lites venient qui idẽ faciũt. Sequitur ibidẽ.
Deinde traxit me ſup montes igneos: de
quibus oriebantur paludes ⁊ flumina feruẽ=
tia ⁊ oĩa metallorũ genera bulientia: vbi
repperi innumeras aĩas hoĩm ⁊ principũ
patris mei ⁊ fratrũ meorũ pcipitatas. Ali
os vſq; ad capillos: alios vſq; ad mentum:
alios vſq; ad vmbilicũ: ⁊ clamauerunt ad
me eiulando. Dũ viximus: alter ad alterũ
adiuuimus tecũ cũ pr̃e tuo ⁊ fratribꝰ tuis
facere plia ⁊ homicidia ⁊ rapinas pro cu=
piditate terrena. Ideo in iſta bulientia flu
mina ⁊ metallorum diuerſa genera torque
mur. Et dũ adhuc timidus accederem au=
diui retro me aĩas clamare. Potentes po=
tenter tormẽta patientur. Et reſpexi ⁊ vi=
di ſuper ripas fluminis bulientis fornaces

piceas ⁊ ſulphureas plenas magnis dra=
conibus ⁊ ſcorpionibꝰ ⁊ ſerpẽtibꝰ diuerſi C
generis. Ubi etiã vidi aliquos patris mei
principes ⁊ fratrũ meorũ ⁊ auũculorũ meo
rum dicentes mihi. Heu nobis Karole vi=
des nec q̃ grauia habemꝰ tormenta ppter
nr̃am malitiã ⁊ ſupbiã ⁊ mala cõſilia; q̃ re=
gibus nr̃is ⁊ tibi dedimus ppter cupidita=
tem. Cũq; dolendo ingemiſcerem: accur=
runt ad me dracones aptis faucibꝰ plenis
igne ſulphureo ⁊ pice volentes me inglu=
tire. At ductor meus triplicauit ſuper me
filum: a cuius claritatẽ radijs ſupata ſunt
ora eorũ ignea. Uidit etiam pr̃em ſuum Lo
dowicũ in quodam dolio pleno feruentis
aque: ⁊ multa alia que nimis longum eſſet
enarrare. Iſta deberẽt attẽdere mali con=
ſiliarij cõitatũ dñorũ ⁊ principũ: qui eos in=
ſtigant ad infinita mala. Sicut ergo conſi=
liarij ſi ſint boni: ſunt reipublice vtiliſſimi:
ſic econuerſo ſi ſunt mali: ſunt pernitioſiſſi=
mi. ſ. quãdo hñt zelũ p cõmodo ſuo priua=
to ⁊ pſonali non pro bono cõi: qñ ſunt cor=
rupti cupiditate ⁊ receptione munerũ: quã
do nimis diſſimulant dicere veritatẽ: quã= D
do odio vel amore regulantur: vel inuidia
tũc cõſulẽdo principẽ deſtruũt. Talis fuit
ille cõſiliator Aman: qui ſimplicitatem no=
biliſſimi principis regis Aſſueri ⁊ innocen
tiam ad nefandam crudelitatem induxit.
vt patet Heſter. xiij. De quibus dicit Ale=
xander poeta. Peſtis adulandi bibulis ſtu
dioſa potentum. Auribus inſtillans anime
letale venenum. Huic aule vitio tanta eſt
cõceſſa ptãs. Ut rerũ dñis humanas ſub=
trahat aures. De quolibet poteſt dici illud
Actu. xiij. qđ dixit Paulꝰ elyme mago. O
plene omni dolo ⁊ omi fallacia fili diaboli
inimice oĩs iuſticie non deſinis ſubuertere
vias dñi rectas. Et nunc ecce manus dñi
ſup te: ⁊ eris cecus non videns ſolem vſq;
ad tpˢ. Et cõfeſtim cecidit in eum caligo et
tenebre: ⁊ circuiens querebat q̃ ei manum
daret. Tunc proconſul credidit ⁊c. ¶ Ter
tio debẽt eſſe de numero bonorũ. ſ. iuſtorũ.
q̃a dr̃ Iob. v. Conſilia prauorũ deus diſſi=
pat. vñ Ambro. in li. de offi. Quõ põt quis
facere vtile cõſiliũ niſi habeat iuſticiam: ⁊
quõ putabo eũ idoneum: vt det mihi conſi

E liū quiſ nō dat ſibi: ideo recitat Aug. li. v. de ciui. dei. c. xij. ex ſentētia Cathonis dicentis. Nolite exiſtimare maiores veſtros armis rēpublicā ex parua magnā feciſſe. Hoc ſi ita eſſet: multo pulcherrimā eā nos haberemus: quippe ſociorum atq ciuium et preterea armorum et equorum maior copia eſt nobis. Sed alia fuerūt que illos magnos fecerunt que nobis nulla ſunt: domi ſcilicet induſtria: foris imperium iuſtum: animus in conſulendo liber: neq delicto neq libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atq auaritiam: publice egeſtatem: priuatam opulentiam. Laudamus diuitias: ſequimur inertiam. Inter bonos et malos diſcrimen nullum. Omnia virtutis p̄mia ambitio poſſidet. Hec ille. Ut patet per exemplum de Karolo in particula precedenti. Quarto debent eſſe de numero veridicorum. Non enim debent dicere placentia et adulatoria potentibus in conſilio. Ideo Jethro docuit Moyſen. Exo. xviij. dicēs. Prouide de omni plebe viros F potentes et timentes deū: in quibus ſit veritas: ſcilicet vite iuſticie et doctrine. Ideo bilingues et adulatores debēt excludi. Sequitur ibidē. Qui oderint auariciam: quia homines cupidi defacili flectuntur a iuſticia. Et ex illis conſtitue tribunos cēturiones et quinquagenarios et cetera. Quinto debēt eſſe de numero ſecretariorum maxime vbi fit cōſilium de bono cōmuni ne impediat. Jō dr̄ cōſiliū a cō et ſileo ſiles ſilere qr debēt ſilere ſecreta cōſilij. Prouer. ij. Qui fidelis eſt: zelat amici conſiliū: nō ergo ſunt boni et fideles q̄ reuelant vxoribus ſuis ſecreta cōſilij ſui: nec ſunt fideles q̄ dicunt aduerſarijs. Ego nō facio tibi hoc in conſilio noſtro: ſed ille. Qualiter iſti obſeruant ſua iuramenta videant ipſi: ergo a cōſilio debent excludi pueri et mulieres: que ſilere non p̄nt. Unde recitat Macrobius i lib. de ſomno Scipionis. q̄ puer quidā romanus Papirius nomine patri iūctus intrauit ſemel ſenatū romanorū: vbi quoddā ſecretiſſimū habitum eſt conſiliū: qđ non licebat alicui reuelare ſub pena capitis. Cū q̄ Papirius domū rediſſet et mater interrogaret vnde veniret et quo iſſet: Reſpondit puer ſe īterfuiſſe cōſilio ſenatorū cū p̄re. G At illa. Que et qualia egerunt patres in ſenatu? Cui ille. Non eſt licitū dicere ſub pena capitis. Mulier auidior audiendi ſecretū ſilentiū pueri: mō p̄cibus mō minis animū pueri in diuerſa declinare ſtuduit. Cū q̄ illa penis puero nimiū eſſet moleſta: leuis mēdacij cōſiliū accepit: vt penam effugeret et ſecretū teneret. Actum eſt i ſenatu inquit: vtrū melius ſit vt vnus vir duas habeat vxores: an q̄ vna pluribus nupta ſit. Dum hec illa audiſſet ſtatim in ſecreto ad certas matronas retulit: et intantū factū eſt: vt romane femine poſtera die ad ſenatū cōfluerēt orātes: vt vna potius duobus nupta fieret q̄ vni due. Senatores vero q̄nā eſſet iſta mulierū intēpies: et q̄d ſibi hec poſtulatio vellet: mirabant. Tūc puer intrans ſenatum: ordinē rei pandit. Et ſenatores multū cōmendauerūt ingeniū pueri: et ſtatuerūt vt nullus puer in poſterū ſenatū intraret preter iſtū papiriū. Sexto non debent ſubticere veritatē p̄pter metū maiorū: qr animus debet eſſe in conſulendo liber. vt dicit Auguſtinus libro. v. de ciuitate dei. ca. xij. H Quia inferiores metu ſup̄iorū nō debēt ſubticere veritatē. Ideo olim ceperūt cōſilium a minoribus: ne minores metu ſup̄iorū tacerent veritatē. Tales conſiliarij ſunt tanq̄ patres et gubernatores reipublice honorādi. Quia dicit Tullius in libro de ſenectute. c. iij. q̄ dantes cōſilium in republica plus agunt q̄ alij: nam ſunt ſicut gubernatores in naui. Alij quidem ſentinam exhauriūt: alij curſitāt: alij malum aſcendunt. Ille vero tenēs clauā et quietus ſedens in puppi multa maiora facit. Non enī viribus aut velocitate et celeritate magne res gerunt: ſed cōſilio aucte et ſciētia.

¶ Quartū genus eſt illi oppoſitū: et vocat ologarcia. i. principatus diuitū: et apud nos cōiter dicit ſcabinitas: hn̄s vim regēdi ex antiqua diuitiarū potētia et parentū. Ubi iſti regūt: ibi ciuitas depopulat: et paupes extenuant et opprimunt. Tales multa mala faciūt. Nā ſicut p̄deceſſores ſunt reipublice p̄motores: ſic iſti ſunt cōis boni dilapidatores. Ideo inſtant vt eligantur ad ſcabinatū aut conſulatū: vt poſſint eſſe deuo

A ratores pauperꝝ. Quibꝰ cõsulit ſi ſutores
ſint non vẽdant calopedia: ſi fabri non ven
dant incudes ⁊ malleos ⁊ ſic de alijs: quia
fortuna poſſet mutari: q̄ eſt magnũ pctm̃
qui eſt dilapidator ſuoꝝ ꝓprioꝝ bonorũ.
Quantũ pctm̃ eſtimatis ꝙ ſit qui ſunt dila
pidatores boni cõis. Scd̃o ſunt pauperũ
oppreſſores: vt habeant vnde laute viuãt.
Contra q̄s dixit dñs q̄dam loco. Vidue ⁊
pupillo non nocebis. Si leſeris eos voci=
ferabũt ad me: ⁊ ego exaudiã clamorẽ eo=
rũ. Ptz ex hoc ꝙ eſt pctm̃ clamans in deũ.
Idẽ ptz Exo. iij. Tertio ſunt arrogantes ⁊
deriſores. Dicunt enim. Si ipſi non eſſent
cõitas periret. Tales ſunt ſiſes cuidã alie=
nato a mente q̇ ſp̄ ſtans ſub diuo nullo mõ
voluit intrare domũ nec ſedere. Requiſitꝰ
ſemel q̄re? Rñdit ꝙ ipſe ſupportaret celũ.
Si em̃ ad modicã horam ſederet celũ rue
ret. Sunt om̃ino ſiſes babellio depicto vł
ſculpto q̇ in humeris ⁊ brachijs ⁊ facie ꝓ=
minẽs totã fabricã cũ oneroſa fatigatione
ſe ſimulat ſupportare. Tamẽ fabrica eque
bene ſtaret ſi illud idolum tolleretur. Ita
B eſt de nonnullis preſumptuoſis ſcientia ſe=
culi inflatis: qui reputant ſe totam commu
nitatem portare ſua ſapientia ⁊ diſcretio=
ne. Ideo propter tales malos ⁊ iniquos
gubernatores reipublice mũdus totaliter
periclitatur. Narrat Flauius in geſtis gre
coꝝ: ꝙ carthaginenſes qui frequenter pre=
liauerunt contra romanos: cum in bello ſe
mel conflictũ romani ſuſtinerent conſulue=
rũt deos ſuos: q̄rentes cãm euẽtꝰ. Quoꝝ
vnus reſpondens monuit vt poſt triduum
ad eũ debito mõ redirent: ⁊ quod quererẽt
inuenirent. Et factũ eſt cũ tertia die cũ de=
bita reuerentia intrarẽt tẽplum: duos ver=
ſus in fronte templi ſcriptos conſpexerũt.
ſcz hos verſus. Ter tria ſextã vndenãqꝫ vi
genã. Et cito participes: vrbs tua magna
ruet. Sed non intelligẽtes verſus iſtos p̄=
cibus ⁊ ſacrificijs cõſuluerunt deũ ſuũ ſup
expoſitione primi verſus. Qui dixit eis.
Cras ſepties circuite ciuitatẽ: ⁊ in fronte
porte orientalis tertiã lr̄am alphabeti: ſcz
c. inuenietis ter triplicatam: in porta meri=
dionali ſextã litterã etiã triplicatẽ. ſcz. f. in
occidentali vndecimã ſilr̄ ter triplicatam.

ſcz. l. in aquilonari porta iterũ viceſimã ter C
triplicatam. ſcz. v. Populꝰ itaqꝫ ſuſpenſus
⁊ ſperans de ꝓmiſſo ꝓuẽtu die ſtatuto ſe
ptenis pactis circuitionibus inuenerũt in
porta prima tertiã lr̄am. ſcz. c. ter triplica=
tam in tribus clauſulis in hũc qui ſequitur
modũ. Charitas caſtitas cõpaſſio refrige=
ſcũt. Cenſus caro crudelitas incaleſcunt.
Conſiliũ cõcordia cõiugiũ euaneſcunt. In
ſecunda porta meridionali inuenerunt ſe=
xtã literã. ſcz. f. triplicatam ĩ tribus clauſu=
lis. ſcz. Fortes fideles famoſi regnauerũt.
Ficti falſi fatui ſunt ſucceſſores. Fures fal=
laces feminei ſuccreuerunt. In porta occi=
dentali inuenerũt. l. ter triplicatã. Lux ve=
ritatꝫ latet ſub liuore. Laus ſctitatꝫ lãguet
ſub labore. Lex ciuitatis luget ſub lat. ⁊ c̃.
In quarta porta aq̄lonari ſilr̄. v. ter tripli=
catã in tribus clauſulis: vt ſequit̃. Uxor vo
luptas vſus nunc ꝑualuerũt. Uirtus vigor
⁊ valor nunc euiluerunt. Uſura vates et
vanitas inſonuerunt. Romani igitur ſua
ſcelera cognoſcentes humiliter correxe=
runt. Quintũ genus vocatur politia: ⁊ eſt
vbi cõitas talis regit q̄ intendit bonũ com D
mune. Talis principatus vocat̃ cõitas no=
mine: ⁊ eſt vbi multi ⁊ virtuoſi dñant̃: vt in
partibus italie: vbi ppl̄s dñat̃: ibi em̃ requi
rit̃ cõſenſus totius populi in ſtatutis ⁊ legi
bus condendis: in ꝑtãtibus eligendis: et in
poteſtatibus corrigẽdis. Tales debent cõ=
ſiliare circa quinqꝫ ſm̃ Ariſto. j. rhetorice.
Primo de prouentus ſufficientia. Expen=
ſe em̃ faciende ſunt ſm̃ menſurã reddituũ:
ne ciues in collectis grauent̃. Secũdo de
alimenti ⁊ victualium abũdantia: ne popu=
lus patiat̃ famẽ tẽpore cariſtie. Tertio de
ciuitatis cuſtodia: ne ſub tyranno ciuitas
veniat ꝓuidendũ eſt. Igitur debent ciuita
tem cuſtodire intus ⁊ extra. Quarto de ci
uiũ inuicem concordia. Unde Ioannes in
poli. li. iiij. Sicut inquit cithar edi ⁊ alij fi=
dicines cum multa diligentia ꝓcurant quõ
oberrantes corde cõpeſcant viciũ: ⁊ eedem
vnanime reddant ſonum: faciũtqꝫ dulciſſi=
mã cõſonantiã cordis nõ ruptis ſed tenſis
ſic proportionabiliter quanta ſollicitudine
oportet principẽ ⁊ patrẽ familias modera=
ri: nunc rigore iuſticie nunc remiſſione cle=



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E mentie: vt ſubditos faciat quaſi vnanimes
eſſe ī domo. Quīto d̄ rigida iuſticia. Sap̄.
j. Diligite iuſticiā vos qui iudicatis terrā.
¶ Sextum genus vocatur democratia: ⁊
eſt p̄cedenti oppoſita: vbi multi regunt ſub
contrariis conditionibus ſupradictis.

¶ Honora patrem ⁊ matrem.

SExto dicit̄ aliquis pater ex tp̄is diu
turnitate. Sic ſenes ⁊ decrepiti di-
cuntur patres. De quo pſ̄. Interro-
ga p̄rem tuū ⁊ annunciabit tibi: ⁊ maiores
tuos ⁊ dicent tibi. Tales ſunt honorandi
tāq̄ patres. Leui. xix. Coram cano capite
conſurge: ⁊ honora pſonā ſenis. Sap̄. iiij.
Senectus em̄ venerabilis ē: nō diuturna.
Sunt em̄ ſenes venerandi q̄druplici rōne.
ſcȝ ꝑpter examē experientie: ꝑpter mode-
ramen inſolentie: ꝑpter libamē pnīe ⁊ pro-
pter medicamen incōtinentie. Primo ſunt
honorandi ꝑpter examen expientie: q̄ ſe-
nectus eſt theſaur⁹ ſapīe ⁊ expientie. Job
xij. c. In ſenibus eſt ſapīa ⁊c̄. Ergo vbi de-
ſunt ſenes ⁊ expti: ibi raro vel nunq̄ ſana-
bitur cōitas. Propter qd̄ dr̄. iij. Politi. Ne-
F mo em̄ eligit duces iuuenes: eo q̄ non con
ſtat eos eſſe prudentes. Vn̄ in exercitu ale-
xandri nemo niſi ſexagenarius exercitum
duxit. Eccl̄s. x. Ve terre: cui⁹ rex puer eſt.
hinc eſt q̄ nec ꝑpter ſenectutē nec propter
decrepitā etatē p̄ſbyteri ſenes dicunt̄: ſed
ꝑpter ſapiam. diſ. lxxxiiij. c. porro. Vn̄ pre-
ſbyter grece latine ſenex interp̄tat̄ non ꝑ-
pter etatē: ſed ꝑpter ſapiam que in eis de-
bet eſſe. ¶ Scd̄o ſunt honorādi ꝑpter mo
deramen inſolentie: q̄a boni ſenes debent
arguere iuuenes inſolentes. Unde narrat
Ualerius libro. vj. de q̄dam ſene q̄ pp̄l̄m ro
manum increpans nō cōſenſit factis malo-
rū: ⁊ duȝ a multis argueret̄ quare eſſet au
ſus ſic rep̄hendere eos ⁊ dicere veritateȝ.
Rn̄det: due res licentiā mihi prebent. ſ. or-
bitas ⁊ ſenectus. Uoluit dicere: q̄ ille qui
iuuenis aſpirat ad ardua ſperat ꝑmotio-
nes ⁊ officia neceſſe habet adulari frequē
ter: ſed iſte fuit hō ſenex: iō ibi ſenect⁹ dedit
audaciam. Item ſi ſenex habet filios vel fi
lias ꝑmouēdas: licet nō ꝑ ſe tn̄ propter ꝑ-
lē frequēter mentit̄: vel ſaltē diſſimulat ve
ritatē: ſed certe modernis tp̄ibus iuuenes
parū curāt vt eis obediant. ſm̄ illud Eſa.
G iij. Tumultuabit̄ puer cōtra ſenē: ⁊ ignobi
lis cōtra nobilē. Tertio eſt venerāda ſene-
ctus: quia eſt libamen pnīe. Eſt em̄ libamē
pnīe. i. ſacrificiū: q̄ ſe deo ſacrificare ſolet:
⁊ debet ſaltē ꝑ ꝯtritionē cordis ⁊ deſpectio
nem veteris vite: q̄a ſacrificiū deo ſpiritus
cōtribulatus cor cōtritū ⁊ humiliatum de⁹
nō deſpicies. Iſtud ſacrificiū veſp̄tinū ē.
de quo loquebat̄ ap̄ſus. ij. ad Timoth. iiij.
Ego em̄ delibor ⁊ tp̄s reſolutionis mee in-
ſtat. ¶ Dubitat̄ vtrū malus ſenex poſſit in
fine aut in articulo mortis penitere: Uide
tur q̄ non: q̄a dicit Aug. in quodā ſermone
⁊ allegat̄ a mgr̄o ſniaꝝ. li. iiij. diſ. ij. Si vis
agere pniam q̄n peccare nō potes: pctā te
dimittunt: non tu illa. Sequit̄. Si ſecurus
hinc exit neſcio: pniam dare poſſum⁹: ſecu
ritatē non. Itē qui ſcit ſe moriturū non pōt
ſatiſfacere: ideo penitet inutiliter. Itē ſm̄
canones talibus nō eſt pnīa iniungēda ſed
innoteſcenda. iiij. ſen. diſt. xx. Idē in cano
ne. In oppoſitū eſt q̄ q̄diu manet in hoīe
anima: tādiu eſt liberi arbitrij. § ⁊c̄. Idem H
Luce. xxij. Penitens miſericordiam inue-
niet. Rn̄det̄. q̄ ad penitentiā vtilē duo fa-
ciunt. ſ. dolor de preteritis ⁊ propoſitū ca-
uendi de futuris. Et quilibet vſum ratio-
nis habens quātumcūq̄ peccauerit: quan
tūcūq̄ ſero pōt dolere de preteritis ⁊ habe
re propoſitum cauēdi de futuris. Ideo ta-
lis penitentia pōt eſſe q̄uis de ea confide-
re ſit ſupra modum piculoſum. Idō mal⁹ ſe-
nex poteſt ī articulo mortis penitere: licet
hoc accidat valde raro: q̄ taliuȝ pnīa ſepi-
us venit ex timore pene: nō amore iuſticie
ſicut de Antiocho dicitur. ii. Machabe. x.
Orabat aūt dn̄m: a quo non erat miſericor
diam conſecuturus. Ad primū dicendum:
q̄ pctā dimittunt hominem q̄tum ad effe-
ctū: ita q̄ non pōt hmōi pctā ampli⁹ opera-
ri: ſed adhuc eſt in ſua ptāte affectū peccan
di dimittere. Ad ſcd̄m q̄ talis habet ꝑpoſi-
tum ſatiſfaciēdi ſub conditiōe ſi poſſet. Et
hoc ſufficit diuīe miſcd̄ie: q̄a ſi hō vult face-
re quod in ſe eſt: de⁹ facit qd̄ ī eo eſt quo ad
miam: licet pnīa nō ſit ei imponēda: ſed in-
noteſcenda ſm̄ canonem. Utile tamē eſſet
eis pniam imponere ſub conditione: ſi con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ualeſcant. Quarto propter medicamentū
A incontinentie. Sapiē. iiij. Etas ſenectutis
vita immaculata. Vn̄ Ambro. in hexame.
Senectus inquit hoīs in moribus dulcior
in conſilijs vtilior: in conſtantia ſubeundi
mortē paratior: ad reprimēdum libidines
fortior. Idem Ambro. dicit ad Valerium.
Erubeſcat ſenectus que ſe emendare non
pōt. Nō em̄ canicies annoꝝ: ſed morum cō
mendanda eſt. Jō dī. lxxxvj. diſt. c. tanta.
Quāto ſenes ſunt morti viciniores: tanto
debent eſſe puriores. Sūt em̄ q̄dam ſenes
q̄ dolent ꝙ non ſunt adeo potentes in ope
carnali ſicut fuerūt: ꝛ ſi nō pn̄t vti opatio-
ne: vtuntur tn̄ imaginatione turpi atq̄ lo-
cutiōe. Ac fabulanꝑ de turpib⁹ eoꝝ perpe-
tratis. Tales ſunt ī malicijs indurati. Ex-
emplum ī Salomone. iij. Reg. xj. vbi dicitꝰ
Cū eſſet ſenex deprauatū ē cor ei⁹ p mulie
res. Tales etiam fuerunt illi ſenes. de qui
bus Danie. xiij. Egreſſa eſt iniquitas a ſe-
nioribus qui videbantur regere populum.
Ideo homo qui vult ſancte viuere in ſene-
ctute debet incipere in iuuentute: nec de-
bet nimiū cōfidere in ſua virtute: ſed in dei
B gratia dicendo cū propheta. Ne proijcias
me in tēpore ſenectutis. Cuius exemplum
patet in vitaſpa. de illo qui. lx. annos caſte
vixerat: ꝛ tamen ſexageſimo anno corru-
ptus obijt. Propter has rōnes debent ſe-
nes honorari. Sed contra hoc faciunt qui
annoſos homines derident: querentes in
hoc recreatiōem qđ eis vertiꝑ in periculuꝫ
animarū ſuaꝝ: ꝛ grauiter pro talibus ſola-
tijs in futuro puniētur: q̄a oēs maledictio-
nes ꝛ blaſphemias: quas ille ſic puocatus
profert ipſi lugebunt. Quia dicit regula iu
ris. Qui occaſionem damni dat: damnum
dediſſe videtur. vt patet de iniuria ꝛ dam.
da. lib. vj. c. ſi culpa. Debemus igiꝑ eos ho
norare corde: ore ꝛ opere. In corde bona
de ipſis opinādo. quia dicitur. xviij. q. ij. c.
Diffinimus. ꝙ de ſenibus preſumendū eſt
bonū: q2 ppter caniciē quam habet eſt ho-
norabilis. ſm qđ dicit Frā. pet. lib. ij. de re.
vtri. fortu. c. lxxxij. Boni ſenis veneranda
canicies. Sequiꝑ ibidem. Quis tam corru-
pto ſenſu tanq̄ obliquo pōt eſſe iudicio vt
nō candidoꝝ libroꝝ calathos q̄ꝫ nigrantiū

carbonū ciſtas aſpicere: ſic q̄ tranſforman- C
dus ſit cigno ſimilē malit eſſe q̄ꝫ coruo. Itē
ore debemus eos honorare laudando cō-
mendando ꝛc̄. Itē opere eis aſſurgendo.
vt ptꝫ Leui. xix. Coram cano capite cōſur-
ge: ꝛ honora pſonam ſenis. ¶ Sed magꝑ
Egidius li. j. de regimine pnci. parte. iiij.
recitat ſex malas cōditiōes ſenū ex dictis
Ariſto. ij. retho. Ne igiꝑ deū offendant di-
cendū eſt q̄liter ſe debēt in his malis cōdi-
tionibus hr̄e. Prima conditio ſenum eſt ꝙ
ſunt increduli: q̄a in multis experti ſunt: ꝛ
ſic cognoſcunt hoīes in multis mētiri ꝛ ſic
credunt omnes alios mētiri ꝛ deceptores
eſſe. Ideo dicitur. ij. retho. ꝙ ſenes multꝭ
annis vixerunt ꝛ in pluribus decepti ſunt
ppter hanc expientiā cōtingit in pluribus
eos incredulos eſſe. Iuuenes inexpti ſunt
ſup malicias hoīm: ideo faciliter credunt.
¶ Scđo ſunt naturaliter ſuſpicioſi. Pue-
ri em̄ qui multa mala nō fecerūt: innocen-
tes ſunt ſua innocentia alios menſurant:
ꝛ oīa referūt in meliorem partē: ꝛ credunt
oēs eſſe bonos. Ideo dī. xxij. q. iiij. ca. In-
nocens. Qui innocens eſt: ſp bene credit: D
ꝛ iudicat bene de alijs. Senes ṽo multis
annis vixerunt: ꝛ in multis peccauerunt.
Peccata alioꝝ menſurāt ſm ea que geſſe-
rūt in ſeipis: ppter quod vt plurimum cre-
dūt alios malos eſſe: ꝛ in peiorē partē refe
rūt eoꝝ opa. Jō dī. ij. Retho. Senes vixe
runt multis annis: ꝛ eſſe nō pōt q̄n in mul-
tis peccauerit. Ideo ſunt mali ꝛ ſuſpicioſi
ꝛ oīa in deteri⁹ eſtimāt. Sed quō ſe hr̄e de
bent in illo defectu. Rn̄r ꝙ ſepi⁹ dn̄t illud
dictū chr̄i in mēte reuoluere: qđ hr̄ Lu. vj
Nolite iudicare ꝛ non iudicabimini. Et du
bia in meliorem partem debent interpreta-
ri. q2 dicitꝰ in regula iuris. Que poſſunt bo
no vel malo aīo fieri debēt in meliorē par
tem interptari. Jō dī. xj. q. iij. c. non ſolum.
ꝙ vterq̄ reus eſt q̄ falſum de alio profert ꝛ
q̄ crimina cito credit. ¶ Tertio ſunt puſil-
lanimes ꝛ timidi: q̄a dī. ij. Retho. Infrigi-
datio pparat viam formidini. ¶ Quarto
ſunt cupidi ꝛ auari ꝛ tenaces. Vn̄ Inno.
in lib. de vtilitate cōditionis humane. Se-
nex inquit tenax ꝛ cupidus triſtis ꝛ que-
ruloſus eſt. Nam ſenes res tpales faciliter



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E pñt cõſumere:ſed difficulter lucrari. Quia ipſi iam deficiũt in corpe: ꝛ non pñt amplius laborare. Ideo timẽt ſibi deficere: ꝛ ſic parci efficiuntꝰ. vñ Aug. in quodã ſer. Cuꝫ oĩa vicia in ſene ſeneſcunt: ſola auaritia iuueneſcit. Aliqui eñ ſunt ſi centum annis poſſent viuere haberẽt: nec adhuc volunt alijs impartiri: nec pñt ꝑ ſe ſumere. Et fortaſſis in breui moriuntur ꝛ relinquunt alienis diuitias ſuas vel heredibus: qui male cõſumũt: ꝛ eis in modico ſubueniũt. Sed quõ debẽt ſe habere in illo defectu. Reſpõdetꝰ ꝙ debẽt deo cõfidere: qui eos pauit a iuuẽtute. Pſ. Iacta cogitatũ tuũ in domino: ꝛ ipſe te enutriet. ¶ Quinto ſunt multoꝝ ꝟboꝝ: ꝛ de antiquis factis loquuntꝰ. Vñ Inno. in li. de vtilitate cõditiõis humane. Senex inquit velox eſt ad loquendum: tardus ad audiendum. Laudat antiquos: ſpernit modernos: vituperat pñs: comendat preteritũ. hec ille. Qđ magis reprehẽſibile eſt. ſ. mala facta defunctorum innouãt ꝛ infamãt coram iuuenibus: qui nihil ſciũt de exceſſib⁹ antiquoꝝ. Et in hoc grauiter peccant infamãdo defunctos qui nõ poſſunt ſe excuſare: ꝛ iam a deo iudicati
F ſunt. Et quandoqꝫ ſe de peccatis ꝛ malicijs ſuis que in iuuẽtute ſua commiſerunt iactant: ꝛ in hoc delectantur loqui de talibus turpibus factis cogitare ꝛ audire ꝛ hoc eſt ſignũ ꝙ habent corda impudica: ꝛ ſunt inueterati dieꝝ maloꝝ: quia dicitur Math. xij. Ex abũdantia cordis os loquitur. Et ſic inficiunt iuuenes: ꝛ prebent eis malum exemplum. Unde Grego. Tot mortibus digni ſunt: quot in poſteris exempla prauitatꝫ relinquũt. xj. q. iij. c. ꝑcipue. Sꝫ qualiter debent ſe in hoc habere. Reſpondetur ꝙ debent penſare dictum Apoſtoli: dicentis. Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Et ratio eſt: quia iuuenes diu retinent verba ſeniorum ꝛ dicunt. Iſta ꝟba audiui a patre meo. Ideo ſi verba humilitatis ꝛ charitatis eis dixiſſet habuiſſet pmiũ: ſi ecõtra penã. ¶ Sexto ſunt naturaliter paſſionati: q̃a ſunt pleni doloribus ꝛ infirmitatibus. Vñ Innoce. in lib. de vtilitate conditionis humane. Si quis ad ſenectutẽ ꝓceſſerit cor ei⁹ affligitur: caput cõcutitꝰ: languet ſpũs: fetet anhelitus: G
facies rugatꝰ ꝛ ſtatura curuatꝰ: caligãt oculi: vacillant articuli: nares effluunt: crines defluũt: tremit tactus ꝛ deperit actus: dẽtes putreſcunt ꝛ aures ſurdeſcunt. Senex facile ꝓuocatꝰ ad iram: ꝛ difficile reuocatꝰ. Hec ille. Sed quõ ſe debent habere in illo defectu. Rñr ꝙ debẽt eſſe imitatores chr̃i qui dixit Math. xj. Diſcite a me: quia mitis ſum ꝛ humilis corde. In patientia veſtra poſſidebitis aĩas veſtras. Nam tales infirmitates ſunt eis loco purgatorij: que pena eſt magis afflictiua. Nam ſi oĩa cremabilia mundi ſimul arderent: ꝛ aliquis in medio illoꝝ ſtaret: non ſentiret tantam penam quãtam vna aĩa in purgatorio exñs. Ideo dr̃. xxv. di. c. q̃ in aliud: ꝙ igni purgatorij nulla pena eſt cõparabilis. Septia cõditio eſt ꝙ ſi in pueritia male vixerunt: vix in ſenio veraciter conuertũtur. iuxta illud Prouer. xij. Adoleſcens iuxta viam ſuam gradiatꝰ: etiã cũ ſenuerit ab ea non recedit. Vñ Ariſto. vij. ethi. Difficile eſt cõſuetudini reſiſtere q̃ aſſimilatur nature. Non tamen eſt impoſſibile: q̃a deus põt ſuſcitare lapi- H
dib⁹ iſtis filios abrae: ſꝫ quõ debẽt ſe habere in illo defectu. Rñr ꝙ debẽt ſibi ꝓponere mortem ſuam. Eccľi. vij. Memorare nouiſſima tua: ꝛ ineternuꝫ non peccabis. Vñ Grego. Nihil ſic reuocat a pctĩs quantum frequens meditatio mortis. Unde Aug. in li. de clauſtro anime. Tres inquit ſunt nuncij mortis. ſ. canicies: infirmitas ꝛ ſenect⁹. Inſuper debent deũ inuocare humiľ ꝛ cõtrito corde dicendo cum Dauid. Ne proijcias me ĩ tempore ſenectutis: cuꝫ defecerit virtus mea ne derelinquas me. Et recuperare tp̃s ꝑteritũ cũ bõis opib⁹. Sꝫ diceres Amplius nõ poſſum ieiunare ꝛ peregrinari: mane ſurgere ꝛ multum orare. Reſponſio. Sis patiens ꝛ habeas bonam volũtatem: ꝛ dñs recipiet volũtatem ꝓ facto. Vñ Auguſti. Coronat deus intus volũtatem: vbi non inuenerit facultatem.

¶ Honora patrem ꝛ matrem.

SEptimo dr̃ pr̃ ſpũalis perſona: vt eſt ſacerdos diaconus vľ ſubdiaconus ꝛ c̃. de quo apoſtol⁹. i. ad Corin. iiij. Et ſi decem milia pedagogoꝝ habeatis in

A chr̄o: tñ nōn multos pr̄es. In chr̄o em̄ ieſu
⁊ c. Hos em̄ tenemur honorare: non ſoluꝫ
verbo: ſed imitatiōe: vt nihil ſentiamus de
ſcriptura: niſi qd̄ ipi ſenſerūt non tranſgre=
diendo terminos eoꝝ. De iſtis pr̄ibꝰ dicit
ꝓpheta. Pro patribus tuis nati ſunt tibi fi=
lii: ꝓpterea ppl̄i ꝯfitebunt̄ tibi. Tales ſunt
honorandi ꝓpter eoꝝ dignitatem. vtꝫ. xii.
q. i. c. duo ſunt genera chr̄ianoꝝ. Eſt autē
vnum genus qd̄ mancipatū diuino officio
⁊ deditū cōtemplationi ⁊ orōni ab oī ſtre=
pitu tēporaliū ceſſare conuenit: vt ſunt cle=
rici ⁊ deo deuoti. ſ. conuerſi. Cleros enim
grece ſors latine. Inde hmōi vocant̄ cle=
rici. i. ſorte electi. Oēs em̄ deꝰ in ſuos ele=
git. Hii enim ſunt reges. i. ſe ⁊ alios in vir=
tutibus regētes: ⁊ ita in deo regnū habēt
⁊ hoc deſignat corona in capite. Hanc co=
ronā ab inſtitutione romane eccl̄ie accipi=
unt in ſignuꝫ regni qd̄ in chr̄o expectatur.
Hec Hiero. Idē ſentit magr̄ ſenten. li. iiii.
di. xxiiii. dicēs. Corona em̄ ſignaculū eſt q̄
ſignat̄ q̄s in pte ſortis miſterii diuini. Co=
rona regale decus ſignat: q̄a ſuire deo re=
B gnare eſt. Vñ miniſtri eccl̄ie reges eſſe de=
bent: vt ſe ⁊ alios regant: quibus Petrus
ait. Vos eſtis genus electum: regale ſacer=
dotiū. Summitas capitis deſuꝑ denuda=
tur: vt eorū mens libera ad deum monſtre
tur: q̄ reuelata facie gl̄iam dei cōtemplet̄.
Summitas em̄ capitis eſt eminētia mētis
denudatio capitꝭ eſt reuelatio mētis. Cle=
ricus em̄ dei ſecretoꝝ nō debet eē ignarꝰ.
Tondent̄ etiā capilli vſqꝫ ad reuelationeꝫ
ſenſuū. ſ. oculoꝝ ⁊ auriū: vt vicia in corde
in opa pullulantia doceātur ꝓſcindenda.
Ne ad audiendū ⁊ intelligendū verbū dei
ꝓpediant̄. Hec mgr̄ ſen. Idō dr̄ extra de vi.
⁊ ho. cle. c. Si q̄s clericus comaꝫ relaxaue
rit anathema ſit. i. excōicandus. Ibidem.
Clericus neqꝫ comā neqꝫ barbam nutriat.
Ibidē. c. clerici. vbi dr̄. Clerici qui comam
nutriūt ⁊ barbam: inuiti a ſuis archidiaco
nis tondeant̄. Idē. xxiii. di. c. ſi q̄s. Unde
magr̄ ſen. vbi. ſ̄. Tonſure aūt eccleſiaſtice
vſus a nazareis exortꝰ videt̄: q̄ prius crine
ſeruato deinde ob vite cōtinentiā caput ra
debāt: ⁊ capillos in igne ſacrificii ponebāt.
Hinc inoleuit vſus vt qui diuinis cultibus
māciparent̄ quaſi nazarei id eſt ſancti crine C
depoſito inueniant̄. Hec hiſtoria ponitur
Numeri. vi. Si adhuc aliqui crines quos
ep̄s deponit in ꝓma tonſura ſeruant ꝓ ſin=
gulari facto. Vñ dicit mgr̄ vbi ſupra. Hinc
ad Ezechieleꝫ dr̄. Fili hoīs ſume gladium
acutum ⁊ duc ſuꝑ caput tuū ⁊ barbam. In
actibus em̄ apl̄oꝝ priſcillā ⁊ aquilā hoc fe=
ciſſe legimꝰ. Paulus q̄qꝫ ⁊ alii quidam diſci
puli chr̄i hoc fecerunt. In hiſtoriis inueni
tur: q romani ſctō Petro extraxerunt ca=
pillos in moduꝫ corone. Inde clerici ad re
uerentiam ſancti Petri fecerūt ſibi abſcin=
di crines: in hoc ſibi volētes ſimilari: ne ce=
deret in verecundiam ſancto Petro: ⁊ hoc
vocatur corona. vnde verſus. Virginis eſt
ſertum: clericiqꝫ corona: poete laurea: rex
geſtat diadema vel impator. ¶ Circa pre=
dicta notandū eſt ſm mgr̄m ſenten. li. iiii.
di. xxiiii. q ſeptem ſunt ſpūaliū officioruꝫ
gradus ſiue ordines: ſicut ex ſctōꝝ patruꝫ
dictis apte tradit̄: ⁊ capitis nr̄i Jeſu chr̄i
exemplo monſtrat̄: qui oīm officia in ſemet
ipſo exhibuit: ⁊ corpori ſuo qd̄ eſt eccl̄ia eo
dem obſeruādos ordines reliquit. Septeꝫ D
aūt ſunt ꝓpter ſeptiformē grāꝫ ſpiritusſan=
cti. Cuius qui non ſunt participes: ad gra
dus eccl̄iaſticos idigne accedūt. Hec mgr̄
vbi. ſ̄. Hii omnes tanq̄ꝫ ſpūales pr̄es ſunt
honorandi. Primus vocat̄ oſtiarius q̄ fuit
primo inuctus a dauid in ve. te. qui poſuit
primo ianitores. vt ptꝫ. i. paral̄. ix. In no
uo teſtamēto ꝑ chr̄m: qñ flagello eiecit de
tēplo emētes ⁊ vendentes. vtꝫ. Mat. xxi.
Hoꝝ officiū eſt ſm magr̄m ſenten. lib. iiii.
di. xxiiii. dicētē. Oſtiarii q̄ ⁊ ianitores ſunt
qui in ve. te. electi ſunt ad cuſtodiam tēpli:
vt nō ingrederet̄ in illud immūdū. vt puta
canes ⁊ excōicati. Sūt aūt oſtiarii dicti q
preſunt oſtiis tēpli. Ipſi em̄ tenentes cla=
uem: oīa intus extraqꝫ cuſtodiunt: atqꝫ in=
ter bonos ⁊ malos hn̄tes iudiciuꝫ: dignos
recipiunt: ⁊ indignos reſpuūt. Hec magr̄.
Idem dr̄. xxi. diſt. ca. cleros. in fine. Idem
xxv. diſt. c. ꝑlectis. Et qñ ep̄s illū ordinat:
dicit ſibi tradēdo ei claues eccl̄ie. Sic age
⁊ ſic viue: q̄ſi redditurꝰ deo rōnē pro his re
bus q̄ clauibꝰ tradūtur. vtꝫ. xxiii. diſt. oſtia
rius. Idē dicit mgr̄ vbi. ſ̄. Utinam adhuc

E tales eſſent ſolliciti ꝙ porci: canes: vacce:
⁊ alie beſtie neqꝫ excōicati nō intrarēt tem
plū. Q̄tū aūt pctm̄ ⁊ periculoſum ſit ꝙ ex-
cōicati ſunt in eccl̄ia tp̄e diuinoꝝ. ptz ꝑ be
atū Grego. li. ij. dial. de duabus moniali-
bus excōicatis a btō B̄ndicto nota ibidē.
¶ Scd̄s vocat̄ lectoratꝰ: q̄ fuit inuentus a
Dauid in ve. teſta. vt ptz. xxj. di. c. cleros.
Cuiꝰ officiū eſt legere ꝓphetias veteris te
ſtamēti. hoc ptz. xxv. diſt. c. ꝑlectis. Et qn̄
ep̄s illū ordinat: tradit ei codicem in quo le
cturus eſt dicens. Accipe codicez hm̄ōi: ⁊
eſto relator ꝟbi dei habiturus ſi fideliter ⁊
vtiliter impleueris tuū officiū partem cum
eis qui ꝟbū dei fideliter miniſtrant. vt ptz
xxiij. diſt. c. lector. Dicit magr̄ ſentē. vbi. s̄.
ꝙ chr̄s hoc officiū impleuit cū in medio ſe-
nioꝝ librū Eſaie aperiēs legit. Sp̄us dn̄i
ſuꝑ me ⁊c̄. vt ptz Lu. iiij. vbi dicit̄. Et ve-
nit Nazareth vbi erat nutritus: ⁊ intrauit
ſm̄ cōſuetudinē ſuā die ſabbati in ſynago-
gam: ⁊ ſurrexit legere ⁊ traditꝰ eſt ei liber
ꝓphete Eſaie: ⁊ reuoluit librū ⁊ īuenit lo-
cum: vbi erat ſcriptū. Sp̄us dn̄i ſuper me.
F ꝓpter qd̄ ⁊ vnxit me ⁊ euangelizare pau-
peribus miſit me: ſanare contritos corde:
predicare captiuis remiſſionem: ⁊ cecis vi
ſum: dimittere cōfractos: remiſſionē predi
care annum dn̄i acceptum ⁊ diem retribu-
tionis. Et cū plicuiſſet librū dedit miniſtro
⁊ dixit ad illos. Hodie impleta eſt hec ſcri
ptura in auribꝰ vr̄is. ¶ Tertiꝰ vocatur ex-
orciſta qui ex greco in latinū adiurātes ſi-
ue increpātes vocant̄. Inuocāt eñ ſuꝑ ca
thecuminū vel ſuꝑ eos q̄ habēt ſp̄m immū-
dum nomen dn̄i ieſu chriſti vt egrediatur
ab eis. vt ptz. xxj. diſtin. c. cleros. in fine. et
xxv. di. c. ꝑlectis. vbi dicit̄. Ad exorciſtā
ꝑtinet exorciſmos memoriter retinere ma-
nuſqꝫ ſuꝑ energuminos ⁊ cathecuminos
ponere in exorciſando. Recitat magiſter ī
hiſtorijs. ꝙ ſalomon exorciſmos fecit: id eſt
coniuratiōes ⁊ gēmas: cū quibꝰ imūdi ſpi-
ritus eijciebant̄. Idē dicit Joſephus. Vn̄
etiā princeps ſacerdotū videns ꝙ Paulus
eijciebat demonia ſolū adiurādo demōes
in noie Jeſu: ⁊ ſic coniurabant etiā illi. Vn̄
demon vnꝰ exiens de vno obſeſſo: os con-
iurātis ꝟberauit. Itē exorciſta cū ordina-

tur: accipit de manu ep̄i libellū in quo ſcri-
pti ſunt exorciſmi: dicente ſibi ep̄o. Accipe G
⁊ cōmēda memorie: ⁊ habeto poteſtatē im
ponendi manū ſuꝑ energuminum ſiue ba-
ptiſatum ſiue cathecuminū. vt. xxiij. diſ. c.
exorciſta. Et tales ſm̄ magiſtrū ſentētiarū
vbi ſupra. debent aīi ſp̄m mūdum hr̄e: qui
ſpiritibꝰ immundis imperet ⁊ malignū ex-
pellere de corde ſuo: quē expellūt de corpe
alieno ne dicat̄ eis. Medice cura temetip-
ſuz. Hoc officio vſus eſt dn̄s quādo ſaliua
ſua tetigit aures ⁊ linguā ſurdi ⁊ muti di-
cens. Effeta. Et hoc officio vſus eſt cū de-
moniacos multos ſanauit. Vnde chr̄us in
euangelio de exorciſtis. Si ego in principe
demonioꝝ eijcio demonia filij vr̄i. i. exorci
ſte in quo eijciūt? ¶ Quartꝰ vocat̄ acolitꝰ.
De quo. xxj. di. c. cleros. in fi. Acoliti enim
grece latine ceroferarij dicunt̄ a deportā-
dis cereis qn̄ legenduz eſt euangelium aut
offerendū eſt ſacrificiū: tunc accendunt̄ lu
minaria ab eis ⁊ deportant̄: nō ad effugā-
dum tenebras: cuz ſol eo tp̄e rutilat: ſed ad
ſignū leticie demonſtrandū: vt ſub typo lu H
minis corporalis illa lux oſtendat̄. de qua in
euangelio legit̄. Erat lux vera: que illumi-
nat oēm hominē venientē in hūc mundū.
Idem dicit magr̄ ſentē: vbi. s̄. Ad acolitū
ꝑtinet ꝓparatio luminariū ī ſacrario. Ipſe
cereū portat: ipſe vrceolū cum vino ⁊ aqua
ſuggeſta ꝓ euchariſtia ſubdiaconis prepa-
rat. Hec ille. ¶ Ex his ptz ꝙ illi qui habēt
ordinem iſtū tenent̄ ⁊ debent iuuare ſacer
dotē ad miſſam. Contra hoc faciunt multi
ciues ⁊ clerici vxorati q̄ verecundantur iu
uare ſacerdotez ad miſſam. In quibꝰ talis
ptās eſt fruſtra: q2 iſti faciūt cōtra actū ſibi
ſcriptū. xxiij. diſt. c. acolitus. Et cū ordina-
tur ab ep̄o: doceat̄ qualiter in officio ſuo
agere debeat: ſed ab archidiacono accipit
ceroferariū cū cereo vt ſciat ſe ad accēden
dum eccl̄ie luminaria mancipari. Accipit
⁊ vrceolū vacuū ad ſuggerendū vinum ad
euchariſtiā chr̄i ⁊ ſanguinē. Magr̄ vbi. s̄.
di. ꝙ hoc officium chr̄s teſtat̄ ſe hr̄e dicēs.
Ego ſum lux mundi: qui ſequit̄ me non am
bulat ī tenebris. Huius officij formā gere-
bant illi in veteri teſtamento: qui lucernas
candelabri componebant ⁊ accendebant.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tales ordinati poſſunt adhuc matrimoni=
A um ꝯtrahere. vtꝫ. xv. q. iij. c. ſane. Sꝫ ſi eſt
bigamus non debet vti priuilegio clericali
vt pꝫ li. vj. de bigamis. ca. vnico. Altrica=
tionis antique dubiū p̄ſentis declaratio=
nis oraculo decidentis bigamos omni pri=
uilegio clericali declaramus eſſe nudatos
⁊ coertioni ſecularis fori addictos conſue=
tudine ꝯtraria nō obſtāte: ipis q̄ꝫ ſub ana=
themate ꝓhibemus deferre tonſuram vel
habitum clericalem. Hec ibi. Si tamen eſt
bigamus: pōt deferre tonſuram clericaleꝫ
niſi obſtat ſcandalum vxoris. vt pꝫ de cle.
cōiug. c. Joānes. ¶ Quintꝰ vocat̄ ſubdia=
conus. Hic eſt primus ſacer ordo proprio
noīe: ⁊ hoc dupliciter. Primo ratione ma=
terie: q̇a tangit materiā ſacram. ſ. calicem
cōſecratū: quē nullus inferior tāgere pōt.
Scđo dr ordo ſacer rōne voti ſolennis an=
nexi: qꝛ habet votū ſolēne ꝯtinētie annexū
vt patet de vo. ⁊ vo. re. ca. vnico. libro. vj.
Nemo pōt hūc recipere niſi in decimocta=
uo anno. vt pꝫ extra de eta. ⁊ quali. ordi.
B in cle. ca. vlti. De illis dr. xxj. diſtin. ca. cle=
ros. ypodiacones grece quos nos dicimꝰ
ſubdiacones: qui ideo appellātur ſic: quia
ſubiacent officijs ⁊ preceptis leuitarum ⁊
oblationes in templo domini a fidelibus
ipſi ſuſcipiunt: ⁊ leuitis ſupponendis alta=
ribus deferunt. Hij eñ apud Hebreos na
thinnei vocant̄ ſm magiſtrū ſententiarum
vbi ſupra. Illoꝝ officium eſt calicem ⁊ pa=
tenā ad altare chriſti deferre: ⁊ leuitis tra
dere: eiſqꝫ miniſtrare in omnibus que agū=
tur in ſacramentis chr̄i: vrceolum quoqꝫ ⁊
aquam mantile ⁊ manutergiū tenere: epō
⁊ preſbyteris ⁊ leuitis pro lauandis ante
altare manibus aquam p̄bere. Epiſtolas
Pauli ⁊ canonicas apoſtolorum legere.
Idem patet. xxv. diſt. ca. perlectis. Hic cū
ordinatur accipit patenā de manu epiſco=
pi vacuam ⁊ calicem vacuum. vt pꝫ. xxiij.
diſt. c. Subdiaconus de manu archidiaco
ni accipit vrceolum cū mantili ⁊ manuter
gio. vt patet ibidem ſm magiſtrum ſenten=
tiarum vbi ſupra dicentem. His lex conti=
nentie imponitur: quia altari ꝓpinquātes
vaſa corporis chriſti portant. Unde imple=
re debent illud Eſa. lj. Mūdamini qui fer=
tis vaſa dñi. ibideꝫ. Et hoc officio vſus eſt C
dominꝰ quando lintheo ſe precinxit ⁊ mit=
tens aquam in peluim pedes diſcipuloruꝫ
ſuoꝝ lauit ⁊ terſit. vt patet Joannis. xiij.
¶ Sextus eſt ordo diaconatus. Hic ſexto
loco ponit̄ ꝓpter numeri ſenarij ꝑfectio=
nem ſm magiſtrū ſententiaꝝ vbi. ſ̄. De illo
dicitur. xxv. diſt. c. ꝑlectis. ꝙ ad diaconuꝫ
ꝑtinet aſſiſtere ſacerdotibꝰ ⁊ miniſtrare in
oībus q̄ agunt̄ i ſacris chr̄i. ſ. in baptiſma=
te: in criſmate: in patena: in calice: oblatio=
nes q̄ꝫ inferre ⁊c̄. Predicare euangeliū ⁊
epl̄am. Nā ſicut lectoribꝰ vetꝰ teſtm̄ ita dia
conis nouum eſt p̄ceptū. Ad ipm̄ q̄ꝫ perti=
net officiū p̄cū. i. letanie ⁊ recitatio noīm.
hic ordo in veteri teſtō a tribu leui nomen
traxit. vt dicit magr̄ ſenten. vbi. ſ̄. Prece=
pit iquit dominus moyſi vt poſt ordinatio=
nē Aaron ⁊ filioꝝ eiꝰ pꝛſus ad diuini cul=
tus miniſteria ordinarent̄ ⁊ conſecrarent̄
dño: ⁊ ſeruirent ꝑ iſrael coram Aaron ⁊ fi
lijs eius in tabernaculo: ipſiqꝫ geſtarēt ar=
cam ⁊ tabernaculum ⁊ oīa vaſa eius. Hec
magiſter. Hūc ordinem nemo debet recipe D
re niſi in. xx. anno. vt pꝫ de eta. ⁊ quali. or
di. in cle. c. vl. Cum tales ordinant̄ ſm ma=
giſtrū vbi. ſ̄. ſolus epſ manū eis iponit: qꝛ
cum ad miniſteriū applicant̄ ponit eis or=
natū. i. ſtolā ſup leuū humeꝝ: vt p hoc itel=
ligant ſe accepiſſe iuguꝫ dñi ſuaue: ⁊ q̇cq̇d
laboris ⁊ ſuſtinentie in hac vita tolerat̄ q̄ſi
in leua portet̄ donec in dextera. i. in eter=
nitate requies habeat̄. Accipiunt ⁊ textuꝫ
euangelij: vt intelligāt ſe eſſe p̄cones euan
gelij chr̄i. Hec magr̄. Habet etiam plures
alios actus. Ideo vtit̄ dalmatica q̄ eſt ve=
ſtis larga ſic dicta: qꝛ in dalmacie partibꝰ
primo fuit eius vſus in ſignum ꝙ habet lar
gam ptātem in ſacramentis diſpenſandis
quia abſente preſbytero ipſe pōt baptiſare
⁊ corpus chr̄i erogare. vt pꝫ. xciij. diſt. ca.
diaconi. Hoc officio vſus eſt chriſtus quā=
do poſt cenā ſacramētum carnis ⁊ ſangui=
nis diſpenſauit: ⁊ quādo apoſtolos dormi
entes ad orationē ēcitauit dicēs. Uigilate
⁊ orate: vt non intretis in tentationem.
¶ Septimus ordo vocat̄ preſbyteroꝝ. de
quo. xxj. diſt. ca. cleros. Idem ponit magi=
ſter vbi ſupra. Preſbyter grece: ſenior in=

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E terpꝛetatur latine. Non pro etate vł decre=
pita ſenectute: ſed ꝑpter honoꝛem ⁊ digni=
tatem quam acceperunt preſbyteri nomi=
nantur: qui moꝛum pꝛudentia ⁊ maturita
te conuerſationis pꝛecellere debent in po=
pulo. Dicūtur ſacerdotes quaſi ſacrū dan=
tes: quia cum oꝛdināturingunguntur eius
manus: vt intelligant ſe accepiſſe gratiam
conſecrandi: ⁊ charitatis opera ad omnes
debere extendere. Accipit ⁊ ſtolam que te=
net vtrumqꝫ latus: quia debet eſſe munitꝰ
armis iuſticie contra aduerſa ⁊ pꝛoſpera.
Accipit enim calicem cum vino ⁊ patenaꝫ
cum hoſtijs: vt per hoc ſciat ſe accepiſſe po
teſtatem deo placabiles hoſtias conferen=
di. Hec ille. Talis oꝛdo non debet recipi:
niſi in. xxv. vt patet de eta. ⁊ quali oꝛdi. in
cle. ca. Generalem eccleſie obſeruantiam
violantes antiquis iuribus in hac parte
pꝛeferri decernimus: vt alio non obſtante
canonico poſſit quis libere i. xviij. anno ad
ſubdiaconatus: in viceſimo ad diaconatus
⁊ i viceſimoquinto etatis ſue anno ad pre=
ſbyteratus oꝛdines pꝛomoueri. Ratio hu
F ius eſt: quia leuite a viceſimoquinto anno
ſeruiebāt in templo. vt patet Numeri. viij.
Unde accipiens beneficium curatum ante
annum vigeſimum quintum ipſo iure eſt
pꝛiuatus. vt patet extra de electiōe. ca. cuꝫ
in cunctis. Et curatus qui infra annum a
collatione beneficij: non fuerit ſacerdos:
ipſo iure pꝛiuatus eſt beneficio ⁊ reſiden=
tia. vt patet de electione libꝛo. vj. Hoc offi=
cio vſus eſt chꝛiſtus cum ſeipſum i ara cru
cis obtulit idem ſacerdos ⁊ hoſtia. Et quā
do poſt cenam panem ⁊ vinum in coꝛpus
ſuum ⁊ ſanguinem mutauit. Tales omni
honoꝛe digni ſunt. ſm illud Eccłi. vij. Ho=
noꝛa ſacerdotes: ⁊ da eis partem vt man=
datum eſt. Sunt eñ ſacerdotes vt patres
honoꝛādi ꝑpter ſeptē. Pꝛio qꝛ ſunt medici
ſpirituales ⁊ medicinarum ſpiritualiū con
fectoꝛes. Eccłi. xxxviij. dꝛ. Honoꝛa medicū
ꝑpter inſtātē neceſſitatē. Si ḡ medicꝰ coꝛ=
poꝛalis eſt honoꝛādus: multo magꝫ medi=
cus ſpūalis. Quia ipe conficit ſacra q̄ ſunt
medicine ſpūales. vtꝫ de peni. di. j. c. i acti=
one. ⁊ de ꝯſe. di. ij. c. ſi q̄tieſcūqꝫ. ⁊ diſ. xxx
iij. c. Tales. §. ex his. Nā ſi vulnꝰ habetꝫ in
coꝛpoꝛe cito mitteris pro medico coꝛpoꝛali:
quāto magis ſi hō habet vulnus in anima G
id eſt pctm̄ moꝛtale: que quidem anima pꝛe
cioſioꝛ eſt om̄ibus coꝛpoꝛibus. Dubitatur
vtrū clerici ſacerdotes ⁊ religioſi poſſunt
eſſe medici coꝛpoꝛales. Rñdet magr̄ Aug.
de anchona in li. de eccleſiaſtica ptāte di=
cens ꝙ hoc poteſt intelligi dupliciter. Pꝛi=
mo quantū ad conſilium. Secundo quātū
ad practicam ⁊ exercitiū. Pꝛimo modo nō
interdicitur illis qui peritiam artis medici
ne bene nouerit: ⁊ qui viſis ſignis ſm prin=
cipia artis poſſunt cōſilium dare ſuper cu=
ratione egritudinis. Hoc eſt laudabile et
opus pietatis ⁊ virtutis. Secundo modo
eis interdicitur eñ qui honoꝛat ſeruū ali=
cuius dñi honoꝛat. vt ptꝫ in. vj. ne cle. vel
mo. ca. vt periculoſa. Et hoc pꝛopter tria.
Pꝛimum pꝛopter negocium ſeculare. Pꝛa=
cticum enim exercitium artis medicine ſe=
culare negocium eſt: quia que medicoꝛum
ſunt pꝛomittūt medici: tractant fabꝛilia fa=
bꝛi. vt dicit Hiero. in pꝛologo. Negocijs ſe=
cularibus ſe intermiſcere eſt clericis inter=
dictum. vtꝫ extra ne cle. vel mo. c. j. Secun H
dum eſt lucrum tempoꝛale. Eſſe autem tur
pis lucri ſectatoꝛes pꝛohibeť clericis ⁊ reli
gioſis. Tertiū eſt periculū mētale ⁊ poten
tiſſime quātū ad illam partem q̄ chyrurgia
vocať. Scđo q̄a ſunt inter populū ⁊ deum
deuoti mediatoꝛes atqꝫ fideles interceſſo=
res. vt ptꝫ Joheł. ij. Inter veſtibulū ⁊ al=
tare oꝛabant ſacerdotes dicentes. Parce
dñe ppło tuo. Exēplo Moyſi q̇ dixit dño.
Exo. xxxij. Dimitte ppło hanc noxam aut
dele me de libꝛo in quo ſcripſiſti me. Ideo
dicit. j. q. ij. Ipi ſacerdotes ꝑ ppło iterpel=
lant ⁊ pctā populi comedunt: qꝛ ſuis preci=
bus ea delēt ⁊ cōſumūt. Et quanto dignio
res ſunt: tanto facilius in neceſſitatibꝰ pro
quibus clamāt exaudiunť. Hec ille. ſuper
quo glo. Pctā populi comedunt id eſt pro
pctis oblata. Nam ſi oro Moyſi tantū va=
luit quando oꝛabat ꝑ populo manꝰ eleuan
do ꝙ tunc vincebat iſrael quando manꝰ re
mittebat vincebat amelech. vt ptꝫ Exodi.
xvij. quāto magis valet oꝛatio ſacerdotis
contra hoſtes inuiſibiles. Illi dicit epiſco=
pus tradendo ei calicem cū vino ⁊ aqua ⁊

A patenam cū pane. Accipe poteſtatē offerē-
di ſacrificium in eccleſia dei tam ꝓ viuis ꝙ̄
pro defunctis. vt ptʒ. xxv. diſt. c. perlectis.
Iſtud patet. xxxvj. diſt. cap̄. ſi quis. Legiꝰ
in libro Apum. ꝙ quidam defunctus ad pe
nas purgatorij ductus cuiuſdam ſanctiſſi-
mi viri precibus reuocatus ad vitam: hic
tale quid viſum in purgatorio ꝛ auditum
referebat dicens ꝙ anima cuiuſdam (quē
prius in vita cognouit) grauiſſime torque-
batur in medijs ignibus purgatorij. Subi-
to illa exultabunda clamabat. Ey a miſeri-
cordiſſime deus nec ad finem oblitus es
mei. Cui anima conſors in pena. Unde in-
quit tibi miſerrima in tam horrendis ſup-
plicijs exultatio. Et illa. Merito inquit ex
ultatio ꝛ tripudiū: quia ſcire a domino eſt
mihi datum in hoc inſtanti natum pueruʒ
qui longe poſt futurus eſt preſbyter. In
cuius prima miſſa quam celebrabit: ab his
penis ad requieʒ euolabo. Aliud exemplū
patet de ſancto patre noſtro nicolao de to-
letino: qui multas animas de purgatorio
liberauit. vt patet in vitaſ fratrum. ¶ Ter-
B tio ſunt honorandi: quia angelis princip-
bus ꝛ regibus ſunt potētiores. De qua po-
teſtate ſcribitur. xcvj. diſt. c. duo ſunt. dicit
papa anaſtaſius imꝑatori. duo ſunt inquit
quibus hic mundus ꝓncipaliter regiꝰ. Au
ctoritas ſacra pōtificū ꝛ regalis ptās. In
quibꝰ tanto grauiꝰ eſt pōdus ſacerdotū q̄n
to ꝓ ipſis regimibꝰ hoīm in diuio examine
rōnem reddituri ſunt. Et infra. Aurū non
tā ꝑcioſius eſt plūbo: ꝙ̄ regia ptāte ſit alti-
or ordo ſacerdotalis. hec ibi. Ratio huius
eſt: q2 non angelis nō regibꝰ dictū eſt. Acci
pite ſpm̄ ſctm̄: quoꝝ remiſeritis pctā remit-
tunꝰ eis ꝛc̄. Nō imperatori ſed petro dictū
fuit. Tali dabo claues regni celoꝝ. Et q̄d-
cunqꝫ ligaueris ſup terrā ꝛc̄. Item nullus
angelus nec aliq̄s imꝑator pōt corpꝰ chri
cōficere: ſed ſacerdos. Et ī hoc eſt aliq̄ mō
ſilis btē marie virgini. Quia btā virgo ma-
ria ꝑ q̄nqꝫ v̄ba ɔcepit chr̄m. vt patet Lu. j.
Fiat mihi ſm̄ v̄bū tuū. Sic ſacerdos confi-
cit corpus chri ꝑ quinqꝫ verba. Et ſicut im-
mediate poſt cōſenſum marie fuit chrs to-
tus in vtero eiꝰ: ſic īmediate poſt ꝓlationē
v̄boꝝ ɔſecratiōis ē verū corpꝰ chri. Scdo

ſicut btā v̄go poſt ꝑtū in manibꝰ ſuis chr̄m C
portauit: ꝛ in ꝓ̄ſepe collocauit: ſic ſacerdos
poſt cōſecrationē leuat corpus chri locat ꝛ
portat ad infirmos: ꝛ tractat illud in mani
bus. Tertio beata virgo fuit prius ſacrata
anq̄ꝫ chr̄m cōcepit. Sic ſacerdos priꝰ ſctifi-
caꝰ anteq̄ꝫ cōſecrat corpus chri. Et laicus
quantumcunqꝫ ſanctus ꝛ potens nihil age
ret etiam ſi verba cōſecrationis proferret:
quia talis actꝰ depēdet ex charactere. Iō
dicit Bernardus. O veneranda ſacerdo-
tū dignitas: in quoꝝ manibus tanq̄ꝫ in vte
ro virginis filius dei incarnaꝰ. Igiꝰ ſunt
honorandi pre omnibus regibus principi-
bus ꝛ militibꝰ. ¶ Quarto honorandi ſunt
quia tota trinitas ac ipſa deitas in ipis ho
noratur. Ut patet in canone. ij. q. v. ca. ha-
bet hoc ꝓprium. vbi dicitur. Congrue de-
centerqꝫ dominū in eius perſona vide ani-
mi cuiꝰ ipſe ē miniſter honorare. Sic dn̄m
in ſeruo. Ideo chr̄us dixit. Qui vos ſper-
nit me ſꝑnit. Qui me ſpernit: ſpernit euʒ q̄
me miſit. Ergo ſequiꝰ a ɔtrario. Qui ſacer
dotem honorat: deū honorat: cuius mini-
ſter eſt. Cuiꝰ exēplum ptʒ in Alexādro ma D
gno: qui veniēs in iudeā cum ꝓpoſito de-
ſtruendi ipſam: in viſione habuit ꝙ Ioia-
de ſummo ſacerdoti ſibi obuiam venīeti ho
norem deberet impendere tanq̄ꝫ ſuꝑiori ꝛ
digniori ſe. Qui ſic fecit: q̄a ſtatim vt eum
vidit pōtificalibus veſtibus ornatū ꝛ lami-
nam aureaʒ (vbi erat nomen dei ſcriptum
ſm̄ legem antiquā) in fronte pontificis: de
equo deſcendit ꝛ digniſſime veneratus eſt
eū. De quo cū admirarentur principes eiꝰ:
rn̄dit ꝙ nō ipſum adoraſſet: ſed deū: cuius
principatuʒ ꝛ vicem gerebat iſte in terris.
Un̄ veniens cū eo in hierl'm ꝛ in templum
dn̄i: cū maximis donis templū honorauit:
ꝛ ferocitatem depoſuit contra eos: ipſoſqꝫ
ab oī tributo exemit. ¶ Quinto ſunt hono-
randi: q̄a ſacratiſſimo oleo conſecrantur.
Iō dixit dn̄s per os ꝓphete. Nolite tange
re chr̄os meos: ꝛ in prophetis meis nolite
malignari. Et quidā aliꝰ ꝓpha dicit. Qui
vos tangit: tangit pupillā oculi mei. Ideo
ſancta vr̄is eccl'ia excōicat omnes qui ma-
nus violentas mittant in ſacerdotes: mo-
nachos aut clericos. vt ptʒ. xvij. q. iiij. cap.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Preceptum Quartum

E Si quis ſuadente diabolo in hmōi ſacri-
legii vicium vel crimen incurrerit: q̄ in cle-
ricū vel monachum violentas manus inie
cerit: anathematis vinculo ſubiaceat: ⁊ nul
lus epoꝝ illum p̄ſumat abſoluere: niſi mor-
tis vrgente articulo. Ubi dicit glo. brixien-
ſis. Idem eſt ſi pede ledat: vel ſi ſpuat vel
p̄fundat eū aqua. Excipiunt̄ tamen ibidē
quidā caſus ab illo canone. Ut ſi quis hoc
fecerit ex iocoſa leuitate aut cauſa diſcipli
ne. Uel viderit turpiter agentem cum ma-
tre: tūc percutiat eū realiter: ⁊ nō incurrit
ſniam. ¶ Sexto q2 ſacr̄a nobis p̄ eos mini-
ſtrant̄. Ideo dicit canon. j. q. j. c. ſacramen
ta. Sacerdotes licet mali ſunt: honore ta-
men eos debemus p̄pter ſacr̄a: q̄a eque bn̄
baptiſat malus ſicut bonus: quāuis peccet
miniſtrando ſacr̄a in pctō mortali. Etiam
eque bene cōſecrat malus ſicut bonus. vt
ptz. j. q. j. c. Intra catholicā eccl̄iam in mi-
niſterio corporis ⁊ ſanguinis dn̄i: nil a bo-
no maius: nil a malo minus p̄ficitur ſacer-
dote: q2 nō in miniſterio cōſecrantis: ſed in
verbo perficitur creatoris. Hoc etiam ptz
de aliis ſacramentis: quia eque bene abſol
F uit malus ſicut bonus. ⁊ ſic de aliis. Ingra
tus eſt ergo ſacerdotibus qui eos inhono-
rat: quia quādo hō ingredit̄ mundū: opor-
tet eum hr̄e ſacerdotē: ſic etiā qn̄ egredit̄.
¶ Septimo quia a chr̄o ⁊ dn̄o deo hono-
rant̄. ptz quia chr̄s dixit ad leproſos. Ite
oſtendite vos ſacerdotibus. vt ptz. i. q. i.
Nonne. Item. xi. q. i. capi. ſacerdotib⁹. vbi
dicit Grego. Quid mirū ſi illos pietas ve-
ſtra dignet̄ honorare: quib⁹ in ſuo eloquio
honorem tribuēs eos aut angelos aut de-
os ipſe etiam appellat deus. Unde ſcriptū
eſt. Diis non detrahes id eſt ſacerdotibus
Exodi. xxv. Item labia ſacerdotis cuſto-
diūt ſapiētiā: ⁊ legem exquirūt ex ore ei⁹:
quia angelus dn̄i exercituū eſt Malach.
ij. Sed multi ſunt qui cupiunt honorem ſa-
cerdotij: ſed vitam ⁊ mores ⁊ ſciam que re-
quirunt̄ ad ſacerdotiū: omino non curāt.
Contra quos. i. q. i. Uiliſſimus reputādus
eſt niſi precellat ſcientia ⁊ ſctitate: q̄ eſt ho-
nore p̄ſtantior. Omino ſimiles ſunt illi lu-
po q̄ cupiebat laute viuere: ⁊ ad inſtigatio-
nem vulpis factus eſt baiulator lignoꝝ in
locū azini. Tādē lupus reuerſus de clau- G
ſtro cōqueſtus eſt grauitatē onerū. Dixit
q̄ȝ ei vulpes. Si poſſis venire ad ſacerdoti-
um quietus viueres. Reſpōdit. Qualiter
poſſem venire ad talem promotionē? Re-
ſpondit ei vulpes. Ueni mecum: ⁊ ducam
te ad locum cōſecrationis. Et duxit eū ad
vnam decipulam. In qua cū in ambobus
pedib⁹ illaqueatus eſſet vnus malleus ce-
cidit deſup̄ ſup̄ caput eius vſq̄ȝ ad effuſio-
nem ſanguinis. Tūc dixit ei vulpes. Stes
quiete. Iſta eſt p̄ma cōſecratio. Rn̄dit lu-
pus. Quot habeo adhuc tales cōſecratio-
nes? Rn̄dit. Quinq̄ȝ adhuc habebis. Re-
ſpondit lupus. Utinam nūq̄ȝ incepiſſem ſa-
cerdotium. Moraliter. Sic multi cupiunt
honorem ſacerdotij: ſed vitam ⁊ laborem
ſacerdotij minime curant. Octauo: quia a
regibus ⁊ principibus ſumme honorantur
xi. q. i. ca. ſacerdotibus. vbi dicitur. Eccle-
ſiaſtica quoq̄ȝ teſtatur hiſtoria: quia cū pie
memorie Conſtantino principi ſcripto ob-
late accuſationes cōtra epiſcopos fuiſſent
libellos quidē accuſatiōis accepit ⁊ ipſos
conuocās dixit. Ite ⁊ inter vos cauſas ve H
ſtras diſponite: q2 dignū non eſt vt nos iu
dicemus deos. Idem ptz. xcvi. diſ. ca. In
ſcripturis legit̄ Conſtātinū dixiſſe. Si ali-
quē ſacerdotē viderē peccare: aut aliquem
eoꝝ qui monacho habitu amicti ſunt: chla
midem meū explicarē vt cooperirē eum.
Sed cur eſt q̄ nō honorant̄: imo deſpiciun
tur? Rn̄r. q̄ hoc eſt propter malam vitam
eoꝝ. Impleta eſt em̄ p̄phia Eſaie p̄phete
c. vi. dicentis. Audite audiētes ⁊ nolite in-
telligere viſionē. Uidete ⁊ nolite cognoſce
re. Exceca cor ppl̄i huius ⁊ aures eius ag-
graua ⁊ oculos ei⁹ claude: ne forte oculis
videat ⁊ auribus ſuis audiat ⁊ corde ſuo
intelligat vt cōuertat̄ ⁊ ſanē eum. Eandē
ſniaȝ repetit ſaluator ꝯtra ſcribaꝝ duriciē
Joannis. xii. Oēs igit̄ moderni ſtatus cle
rici deberent inſpicere hanc ſniam Eſaie.
Si aliqua fides in eis eſſet: q̄s dubitat con
tra eos plus militare q̄ȝ contra laicos: cum
ipſi ſint qui quotidie legunt ſcripturas tam
in horis q̄ȝ in ſtudiis: ⁊ credunt iſta eſſe car
mina deliciaꝝ. Nunquid eis deficit pro ne
ceſſitate victus ⁊ amictus. Certe non. Nā

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

abundanter prouiſum eſt eis ab illo qui ni=
A hil horum poſſidet: ſed ſanguine ſuo hec ⁊
alia mercatus eſt. Nūquid eis deeſt aliq̄d
honoris? Certe non. Nam vbiq̄ꝫ ꝓmos re=
cubitus habent. Pctm̄ em̄ ſibi reputant qui
eos non preferunt: ſalutant ⁊ rabbi vocāt:
imo dn̄os p̄res reuerendos: imo ſanctiſſi=
mos. Deeſt eis pax ⁊ tranquillitas? Mini
me. Nam dotati ſunt multis priuilegijs ⁊
ꝓrogatiuis vltra omnes qui morant̄ in ter
ra: q2 ſi cōtingit inſultus inimicoꝝ non ipſi
exponunt eoꝝ corpa pro tuitione populi ⁊
poſſeſſione ſacerdotū: ſed laici vſq̄ꝫ ad ſan=
guinis effuſionē imo corpis interitionem.
Quid vltra chr̄s facere debuit qd̄ nō fecit
ſufficienter? Pro quib⁹ nullā recepit grati=
tudinē ab ipſis. Alij laborant ⁊ anguſtiant̄
⁊ ꝟuiūt ⁊ exponūt ſe p̄iculis terre ⁊ maris
vt ſe nutriāt vt ſacerdotes ſuſtentēt. Et q̄=
mō effugiēt ſn̄iam chr̄i dicentis. Qui ſcan=
dalizauerit vnum de puſillis iſtis qui ī me
credūt: expedit vt ſuſpendat̄ in collo eius
mola aſinaria ⁊ demergat̄ in ꝓfundū ma=
B ris. Alij laborant pro victu quotidiano: ſed
ipſi in labore hoīm non ſunt. Jō tenuit eos
ſupbia ⁊c̄. Sed īduratū ē cor pharaonis.
Jō chr̄ianitas occaſione illoꝝ plena eſt ra
pinis: guerris: ſpolijs: incendijs ⁊ furtis.
Jta vt iam mittant̄ manus violente in vn=
ctos dn̄i: quia clerus ſuis abutitur priuile
gijs ⁊ iuribus. Merito pati incipiet viola=
tionem eorūdem. Regnū etiam contra re=
gnum pugnat: chr̄ianus ꝯtra chr̄ianū: fra=
ter ꝯtra fratrē: ſubdit⁹ cōtra dn̄m: vicinus
contra vicinū: ſic ꝙ vix pōt inueniri patria
vbi non ſit diſſenſio aut guerra. Monaſte=
ria dep̄dant̄: ruſtici ſpoliant̄ ⁊ pauperum
animalia replēt coquinas potentū. Quid
reſtat niſi ꝙ perditionis fili⁹ veniat? Exa=
ctiones raptorum ſoluuntur: ⁊ nihil horuꝫ
reſtituunt.

¶ De honore paſtoꝝ ⁊ p̄latoꝝ.

Ctauo debem⁹ dare honorē pater=
num p̄latis ⁊ paſtoribus: quoꝝ pru=
dētia gubernamur. De quib⁹ Eccī.
xliiij. Laudem⁹ viros glorioſos ⁊ ſanctos
patres noſtros. Tales dant ſcientiam ig=
norantib⁹. pš. P̄res nr̄i narrauerūt nobis
⁊c̄. Dāt correctionē delinquentibus Pro=
uerbio. j. Audi fili mi diſciplinam p̄ris tui. C
Jndulgēt delinquētibus. pš. Quō miſere=
tur p̄r filioꝝ: miſertus eſt domin⁹ timenti=
bus ſe. Debent em̄ habere diſciplinam cuꝫ
miſcd̄ia. vtꝫ. xlv. di. c. Diſciplina vel miſe=
ricordia multuꝫ deſtituitur ſi vna ſine alte=
ra teneat̄. Sed circa ſubditos ineſſe debet
rectorib⁹ iuſte cōſulēs miſcd̄ia ⁊ pie ſeuiēs
diſciplina. Sequitur. Miſcēda eſt lenitas
cum ſeueritate: faciēdum eſt quoddam ex
vtroq̄ꝫ tꝑamentū: vt neq̄ꝫ multa aſperitate
exulcerētur ſubditi: neq̄ꝫ nimia benignita=
te ſoluant̄. Hoc nimirum illa tabernaculi
arca figurabat: in qua cuꝫ tabulis virga ſi=
mul ⁊ manna eſt. Quia cū ſcripture ſacre
ſciētia eſt in boni rectoris pectore: ſi eſt vir=
ga diſtrictionis: ſit ⁊ manna dulcedinis.
Hinc eſt ꝙ Dauid etiam ait. Virga tua ⁊
baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt. Vir=
ga enim percutimur: baculo ſuſtentamur.
Sit ergo diſtrictio iuſticie que feriat: ſit ⁊
conſolatio baculi que ſuſtētet. Hec ibideꝫ.
Vidi ego multos prelatos adeo auſteros:
ꝙ propter eorū auſteritatem receſſerūt vi= D
ri ab ordine: qui facti fuiſſent colūne ordi=
nis ⁊ ꝓuincie. Jtem ſubueniūt indigenti=
bus Job. xxix. Pater erā pauperum. Sub=
ueniunt ope cōuerſationis: verbo predica=
tionis ⁊ nutrimento cibationis. Tales p̄la
ti ſunt vt patres honorandi. teſte Aug. ī re
gula. Honore corā vobis ſit p̄latus veſter
⁊ timore ac ſi coram deo ſubſtratus ſit pe=
dibus. Notādum ꝙ p̄lati ſpūales in ſe de=
bent habere ſeptē ſi volunt honorari hic ⁊
in futura vita. Debent eſſe diuinitus voca
ti ad dignitatis eminentiam: veritate lau=
reati ſtudentes in ſcientia: largitate fecun
dati donantes bn̄ficia: ſanctitate decorati
fulgentes innocētia: equitate cōſtipati: ca=
rentes iniuſticia. Primo dico ꝙ debent eſ=
ſe legitime vocati ad dignitatis eminenti=
am. teſte apoſtolo. q̄ ait ad Hebreos ꝙ ne=
mo ſibi honorē aſſumat niſi q̄ vocat̄ a deo
tanq̄ꝫ aaron. Et. viij. q. j. ca. Jn ſcripturis.
vbi dicit̄. Locus regiminis deſiderantib⁹
eſt negādus: ſed fugiētibus offerendus ſi=
cut ſcriptū eſt. Nec q̄ſquam aſſumat ſibi ho
norē: ſed q̄ vocat̄ a deo tanq̄ꝫ Aaron. Sed
multi prelati ꝓch dolor ſollicite vocationē

E querūt: cū pecunia emunt lr̄as ꝓmotorias
ſibi ꝓcurant. Cōtra quos Bern̄. in q̄dam
ſermone. Audi inquit q̄relas q̄d ſup hac te
meritate loquatˀ dn̄s. Ipi inq̄t regnauerūt:
ſed non ex me: principes extiterunt: ⁊ ego
non vocaui eos. Quid temeritatis: quid
inſanie. Ubi timor dei: vbi mortis memoria
vbi gehenne metus. Nemo igitur debet eli
gi vel promoueri: niſi de quo ſpiritusſanctꝰ
inſpirauit: alioquin ipſi ſpiritusſancto iniu
ria fit. Legimus ꝙ. s. Ludouicus rex fran
cie cū a quodam deuoto q̄reret cur ep̄i mo
do ſicut olim ſancti non eſſent. Ille vt cre-
ditˀ nutu diuino reſpōdit: ꝙ tūc ep̄i ꝑ inuo-
cationē ſpūſſancti ⁊ inſpirationē eiuſdem
ab electoribus canonice eligebantˀ. Nunc
vero ꝑ ſupplicatiōes ⁊ ꝓcuratiōes ⁊ violē
tiā intronizantˀ. Ideo ſancti mō non ſunt
ſicut olim. Quo audito rex propoſuit ꝙ de
cetero nullatenꝰ ꝑ aliquo ſupplicaret. vn̄
Grego. in paſtorali. Unuſquiſq; ſuperbus
rector totiens ad culpā apoſtaſie dilaƀitˀ:
quotiēs ꝑeſſe hoībus delectatur: honoris
ſui ſingularitate allectꝰ. Un̄ hec viciorum
F radix pullulat in corde regentium: niſi ex
imitatione illius q̇ deſpectis angeloꝝ ſoci
etatibꝰ dixit. Aſcendā ſup altitudinē nubi
um: ⁊ ſiſis ero altiſſimo. Et alio loco dn̄s
dixit. Ue id eſt eterna damnatio vobis im-
minet qui diligitis primas cathedras. Nō
dixit qui habetis. Non arguens eos q̇ his
vtūtur ex officij ordine: ſed eos qui hoc dū
habent amant: vel dum non habent affe-
ctant quod procedit ex ambitione. Sed eti
am ambitioſi ſolēt allegare illud apoſtoli.
Qui epiſcopatū deſiderat: bonū opus de-
ſiderat. Quibꝰ reſponderi pōt ꝙ opus bo-
num eſt: ſed deſiderare illud malū eſt. Si-
cut q̇ aurū furatˀ bonam rem furatˀ: quia bo
num eſt aurū: ſed furari malū eſt. Idcirco
ambitioſus in tāto verſatˀ periculo. Ideo
qui ſcienter talē eligunt vel ꝓmouent gra-
uiter deuz offendunt: ⁊ participes cum eo
in culpa fiunt. Un̄ timenduz eſt ꝙ cū eo ca
dunt ſicut cōſentientes cum lucifero in ba-
ratrū inferni. Dubitatˀ vtrū quis ſine pec-
cato ꝑlationē ⁊ dn̄ationē poſſet appetere?
Rn̄det Aug. de anchona ſuper Math. di-
cens: ꝙ aliud eſt q̄rere vtrū homo ſine pec-
cato poſſet appetere ſe eſſe dignū ꝑlatura G
vel dn̄io: ⁊ aliud eſt q̄rere vtrū ſine pecca-
to hō poſſit ipam ꝑlationē ⁊ dn̄ationē ap-
petere. Nam primū ſine pctō appetitur: im
mo meritū eſt appetere ſcias ⁊ ꝟtutes qui
bus hō eſt dignꝰ ꝑlatura ⁊ ꝑncipatu. Scri
bitˀ em̄ Sap. vj. ꝙ cōcupiſcētia illius. ſ. ſapi
entie ⁊ virtutis deducit ad regnū ꝑpetuū.
Sed ſcdm̄ ſine pctō eſſe non pōt. Qd̄ patet
auctoritate ⁊ rōne. Nā dicit Aug. lib. xix.
de ciui. dei. ꝙ locꝰ ſupior ſine quo ppl̄s re-
gi non pōt: etiam ſi adminiſtretˀ vt decet tn̄
indecenter appetitˀ. Hō illiꝰ eſt. Illud ſine
pctō appeti nō pōt: quo q̇s efficitˀ iniuſtus
vel ſupbus. Sz ſi appetit ſe ꝑferre alijs eſt
iniuſtus: q2 plus vult hr̄e de honore q̄z ſit
dignꝰ: ſz ſi putat ſe dignū eſt ſupbus. Etiā
eſt ɔtra ꝓhibitionē ap̄li ad Heb. vj. dicētꝫ
Nemo ſibi aſſumat honorem ⁊c̄. Scd̄o du-
bitatˀ vtrū q̇s poſſet ſine pctō dn̄ationem ⁊
ꝑlationē fugere. Rn̄det ibidē vbi ſupra di-
cēs ꝙ iſta q̄ſtio eſt dubia exemplo chr̄i: q̇
vt dicitur Joannis. vj. fugit in mōtem quā
do ſciuit ꝙ venturi erāt om̄es illi q̇s pane
ſatiauerat vt raperent eum: ⁊ facerent eū H
regem. Exemplo Jone: qui fugit Tharſis
a facie domini: qn̄ iniunctū eſt ſibi predica-
tionis officium. Hanc dubitationez ſoluit
Grego. in paſtorali. pte. j. dicens. ꝙ in ꝑla-
turā electꝰ vel eſt virtutibꝰ pollens aut vir-
tutibus vacuus. Si igitur eſt virtutibꝰ pol
lens: ex humilitate debet dominationem
principatū ⁊ ꝑlationē recuſare: ex imperā-
tis tamē poteſtate debet ipam prelationez
humiliter ſuſcipere: q2 tūc ante oculos dei
vera eſt humilitas: qn̄ ad reſpuendum hoc
qd̄ vtiliter ſubire precipitˀ pertinax nō eſt.
Si vero eſt virtutibus vacuus: etiam coa-
ctus ipam dominationē ⁊ prelationē ſuſci-
pere non debet. Talis em̄ corpaliter ⁊ mē-
taliter principatū fugere debet. Sic facien
da ſimiliter eſt diſtinctio ex parte eligenti-
um aliquē in prelatum. Si eligunt propter
eoꝝ ſalutem eternā cōſequendā: ⁊ electus
ad hoc ſe credat ſufficere pertinax eſſe non
debet: parendo mandatis ſuperiorum. Si
vero ꝓpter aliqua carnalia vl' tp̄alia com-
moda expectanda: magis recuſare tenetˀ.
Cuius exēplum ipe ſaluator dedit. Joan.

vj. Cum eum vellent facere regē dicit eis.
A Queritis me: nō q꞉ vidiſtis ſigna: ſed quia
manducaſtis ex panibus meis. Ideo fugit
in montem dum eū vellent facere regem.
Sed quādo voluerūt eum crucifigere ſpō-
te ſe obtulit: vt diſcamus exemplo eius ad-
uerſa pro eius honore delectabiliter ſuſci-
pere ⁊ ꝓſpera fugere: exemplo vero Ione
⁊ Hieremie: qui recuſauerūt officium pre-
dicatiōis. ⁊ Eſaias qui ad exequēdū ipam
ſpōte ſe obtulit dicens. Ecce mitte me ⁊c̄.
Duo precepta charitatis ⁊ duas vitas no
bis demonſtrant. Nā Hiere. ⁊ Ionas per
cōtemplatiuā vitam ſoluꝫ deo placere de-
ſiderantes ꝑdicationis officium recuſaue-
runt. Sed Eſa. vtilitati primoꝝ ꝓdeſſe ꝑ
actiuā vitā cōcupiſcens ad ſuſcipiendū pre
dicationis officiū ſpōte ſe obtulit. hec Gre-
gorius. ¶ Scḋo ꝟitate illuſtrati ſtudētes
in ſcia. Ideo Malachi. ij. dr. Labia ſacer-
dotis cuſtodiūt ſciam: ⁊ legē exquirunt ex
ore eiꝰ. Prouerbi. j. Intelligens guberna-
cula poſſidebit. Sap. vj. Diligite lumen ſa
pientie oēs qui ꝑeſtis ppl'is. Ibidē. Si de-
B lectamini in ſedibus ⁊ ſceptris diligite ſa-
pientiā vt imꝑpetuuꝫ regnetis. Vn̄. lxviij.
di. c. ꝓhibentur. dr. In arrogantiā q̄ eſt rui
na diaboli incidunt: q̄ in puncto hore nec-
dū diſcipuli fuerūt ⁊ mgr̄i efficiunt. Unde
lxj. di. c. Miſerum eſt illum fieri magiſtrū
qui necdum didicit eſſe diſcipulus. ⁊ Hie-
ro. ad ruſticū monachū. ⁊ allegat. xvj. q. j.
ſi clericatus. Diſcas inquit prius quod do-
cere poſſis ⁊ rōnabilem hoſtiam offer deo
Ne ſis miles anteq̄ꝫ tyro: ne priꝰ magiſter
ſis q̄ꝫ diſcipulus. Ideo dr extra de electio-
ne. c. officij dr. ꝙ papa noluit quendam ab-
batem nobilē cōfirmare: eo ꝙ anteq̄ꝫ eſſet
diſcipulus voluit eſſe magr̄. Rō huius po-
nit. xxxviij. diſtin. c. que ipſis. Ubi dicit ꝙ
valde periculoſe ſunt mine euangelice: in
quibus dr. Dum cecus ceco ducatū preſtat
ambo in foueā cadunt. Et extra de renun.
c. cum pridem. dr ꝙ ꝓpter defectum ſcien-
tie: pōt quis petere ceſſionē: quia cum ipſa
circa ſpiritualiū adminiſtrationeꝫ ſit potiſ-
ſimū neceſſaria ⁊ circa curam tp aliū opor-
tuna. Sequitur ibidem. Quia tu īquit do-
minus ſciam repuliſti: ⁊ ego te repellaꝫ ne
ſacerdotio fungaris mihi. Oſee. iiij. Sed C
mō ſurgunt prochdolor inſcij: ignari ⁊ in-
docti. ex quibus ſequitur eccl'ie deſtructio.
Ideo dr. xxxviij. di. c. Ignorantia que ma-
ter cunctoꝝ erroꝝ eſt: maxime in ſacerdo-
tibus dei vitanda eſt: qui docēdi officiū in
ppl'o dei ſuſceperunt. Sacerdotes eñ ſan-
ctas ſcp̄turas admonent ſcire paulo apo-
ſtolo dicēte ad Thimotheū. Attēde lectio
ni ⁊ exhortatiōi ⁊ doctrine. Ibidem in. c.
Si laicis videtur intolerabilis in ſcia: quā
to magis in his qui p̄ſunt. Nec excuſatio-
ne digna eſt: nec venia. In. ca. Nulli ſacer-
doti liceat canones ignorare. Dubitatur
vtrū eccleſia melius regat ꝑ bonū iuriſtaꝫ
aut ꝑ bonū theologum. Rn̄det Henricus
de Gādauo in quotlibeto li. x. q. xix. ꝙ me-
lius per theologum ſupponendo tria. Pri-
mū ꝙ officiū p̄lati non eſt principaliter cir-
ca templū materiale cōſtruēdum vel repa-
rādum. Alioquin bonus lapicida deberet
eſſe prelatus. ¶ Secundo non eſt circa bo-
na tēporalia ꝓcuranda vel promouēda: q꞉
tunc agricola eſſet bonus prelatus. ¶ Ter
tio q꞉ nec eſt circa defenſionem contra vio D
lentiā corporalē: alioquin vnus miles bel-
licoſus eſſet bonꝰ p̄latus. Sed officium pre
lati eſt eſſentialiter circa cōmunitatē fide-
lium fide ⁊ moribus imbuendā: ⁊ circa ad-
miniſtrationē ſacroꝝ. Sed iſta fiunt meli-
us per theologum q̄ꝫ iuriſtam: quia magis
docet theologia iſta q̄ꝫ alia. Scḋo epī ſunt
ſucceſſores apl'oꝝ. xxj. diſt. c. In nouo. qui
apl'i non fuerunt iuriſte: ſed excellentiſſimi
theologi. Et per illos eccleſia optime fuit
gubernata melius etiaꝫ q̄ꝫ vnq̄ꝫ per aliquē
iuriſtā. ¶ Tertio qn̄ epūs cōſecrat petit ab
eo an ſciat nouū ⁊ vetus teſtm̄: ⁊ non q̄rit
ab eo an ſciat ius canonicum. ¶ Quarto
ius canonicū magis ⁊ principaliter ꝯſiſtit
circa iurgia ⁊ litigia ſedanda: ad q̄ chr̄s ſe
noluit intromittere. vt ptꝫ in illo qui dixit.
Dic fratri meo vt diuidat hereditatem me
cū. Rn̄dit chr̄s. Quis me cōſtituit iudiceꝫ
ſup te. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio debent eſſe largi
tate fecūdati: donātes bn̄ficia q꞉ bona eo-
rū que habent ſunt pauperū. xij. q. ij. Aurū
habet eccleſia: non vt ſeruet ſed vt eroget.
Et ibidē. c. gloria. Sed ꝓhdolor prelati ec

E clesiaꝝ iam ditant amicos ſuos carnales
⁊ nō paupes: vt ait quidā. Cum factor re-
rum priuauit ſemine clerū. Ad ſathane vo
tū: ſucceſſit turba nepotuꝫ. Promouent. n.
cōſanguineos ⁊ dimittūt paupes. Cōtra
quos dicit ve inquit qui edificāt ſyon i ſan
guinibus. Legit de quodaꝫ epō: qui nimis
ad amicos carnales inclinatus fuit. Qui
ſtatim poſt mortē oſtēſus eſt cuidā legato
eccleſie in via poſito. Quodā em̄ mane cū
idem legatus excitatꝰ a ſomno vellet ora-
re: ſubmiſſus eſt q̇daꝫ lectus in ſupficie au
reus: tapetijs circumſeptus in camera vbi
quieſcebat. In quo reſidere videbatur ipſe
defunctus ad modū pontificis ordinatus.
Et in giro eius multi de genere ſuo per eū
ꝓmoti ⁊ ditati choreā ducebant: ⁊ cantile
nas lugubres cantantes in hunc modum
clamantes. Maledicta promotio ⁊ exalta
tio tua. Tu em̄ es perditiōis noſtre cauſa.
Ille vero circūquaqꝫ reſpiciēs maledictio-
nem eis ſimiliter imprecabatur. Maledi-
cti vos a deo: quia ꝓpter vos traditꝰ ſum
igni ꝑpetuo. Et hec dicens coopториū ele-
uauit: ⁊ flāma de lecto cum fumo fetidiſſi-
F mo aſcēdit. Hec aūt viſio ꝑdicto legato oſ
tēſa fuit vt ipſe a ſimilibꝰ abſtineret. Sed
qđ adhuc peius eſt multiplicant bñficia et
occupant in ꝑiudicium pauperū clericoꝝ:
⁊ vnus interduꝫ occupat tot bñficia vnde
viginti alij poſſent ſuſtentari. Et ſic ocian
di ⁊ delinquēdi via parat ⁊ diuinus cultꝰ
diminuitur. Sed eſtimo ꝙ habeāt diſpen-
ſationem ſuper pluralitate beneficioꝝ. Il-
la valet quidem iure fori: ſꝫ nō iure poli. vt
ptꝫ. xvij. q. iiij. c. vlti. Sed nunquid habent
diſpenſationē ſuper tot mala perpetrāda.
Iſtos ſm beatū Bern. ſuper montē excel-
ſum valde ducit diabolus: quibꝰ omnia re-
gna mūdi oñdit ⁊ gloriam ⁊ ſi procedētes
eū adorāt dare ꝓmittit: ⁊ poſtqꝫ multa be-
neficia adepti eū adorāt ⁊ venerant: ⁊ q̄ſi
deū ſequunt. Uñ Guilhelmꝰ epſ pariſien-
ſis in theologia mgr̄ conuocationē fecerat
magroꝝ: ⁊ ꝓpoſita queſtione de pluralita
te bñficioꝝ ſolerti ⁊ longa diſputatione ꝓ-
batū eſt duo bñficia dūmō vnū quindecim
libras pariſienſis valeret ab vno teneri cū
ſalute non poſſe. Hoc determinauit predi-
ctus epſ cū oībꝰ magr̄is ibidē: exceptis du G
obus. ſ. mgr̄o philippo cancellario epi pa-
riſieñſis ⁊ arnoldo ambiañ. epō. Quid aūt
dicto magr̄o Philippo cōtigit audiamus.
Agonizante enim eo in mortem: dñs Guil-
helmus epus tanqꝫ bonus paſtor viſitauit
eum: rogans vt ſingulari opinioni de plu-
ralitate bñficioꝝ cederet: ⁊ omnia bñficia
excepto vno in manus eccleſie reſignaret.
Sed renuit dicens ſe velle expiri: vtrū eēt
damnabile plura ab eo teneri: ⁊ ſic mortuꝰ
eſt. Et poſt paucos dies dicto epō pariſi-
enſi apparuit in miſerabili forma: dicens
ſe eſſe damnatū ꝓpter pluralitatē bñficio-
rū. Et quidam aliꝰ clericus magne lrature
appuit cuidā pꝰ mortē dicēs ſe dānatū ꝓ-
pter hanc cām: qr duas tenuit prebendas.
Hoc quidā vbo cōfirmauit dicēs. Nollem
ꝓ toto theſauro arabie habere vna nocte
duas ꝑbendas. Sed tertium qđ adhuc pe-
ius eſt quidaꝫ in bñficijs non reſident: ⁊ tñ
fructus eoꝝ ꝑcipiūt: ⁊ ſeruitium eccl̄ie nō
impendunt. Gaudent ⁊ iactant ſe hr̄e tot
bñficia vl̄ florenos annuatim: ſꝫ timeāt ne
ſint floreni eos ad infernū portantes. Sed
esto ꝙ habeāt diſpēſationē ſup abſentia ⁊ H
nō reſidentia. Nunq̇d diſpenſationē habe-
re potuerunt ſup pctīs ⁊ malis q̄ ineuitabi-
liter ſequunt ab eoꝝ abſentia ⁊ negligen-
tia. Idō bonū eſſet ſi etiam hr̄ent vicariū in
tormētis: ſicut excuſando ſe dicūt hr̄e i bñ-
ficijs. Quibꝰ minat ſctūs Bern. in quibuſ-
dam dictis ſuis dicēs. Ue tibi clerice mors
in olla carniū: mors in huiꝰ mūdi delicijs.
Sequitur. Ob id maxime: qr pctā ppl̄i con
ſtat eſſe q̄ comedis: ſumptus eccleſiaſticos
gratis hr̄e te reputas. Cātando vt aiūt ti-
bi bona ꝓueniūt: ſed bonū erat tibi fodere
magis aut etiam mendicare. Sequit. Sol
licitꝰ eſto tanqꝫ redditurus rōnem: dignos
ꝓ eis gemitus fundere: dignos agere pñie
fructus. Alioq̄n tibi noueris imputanda: q̄
mō inter delicias comedis. Sequit. Ueni-
ent ante tribunal chr̄i: audiet ppl̄oꝝ q̄rela
grauis accuſatio dura: q̄rū vixere ſtipen-
dijs nec diluere pctā. Quibꝰ facti ſunt du-
ces ceci fraudulenti mediatores. Hec ille.
Sed q̄rtū adhuc peiꝰ eſt. ſ. ꝙ hmōi fructus
bñficioꝝ nō verent abuti ⁊ ꝑrimoniū chr̄i

A in vſus illicitos cõuertũt.ſ. in meretricibꝰ
in caballis pinguibus: in vaſis aureis ⁊ ar
genteis ⁊ varietate veſtiũ. Hoc non eſt oꝛ
nare ſpõſam ſed ſpoliare. Nõ eſt cuſtodire:
ſꝫ ꝑdere. Nõ eſt defendere: ſed exponere.
Nõ eſt iſtruere: ſꝫ ꝓſtituere. Nõ eſt paſcere
gregẽ: ſꝫ mactare ⁊ deuoꝛare: dicẽte de il-
lis dño. qui deuoꝛat plebẽ meã ſicͭ eſcã pa-
nis. Et comederũt iacob ⁊ locũ eiꝰ deſola-
uerũt. Hec Bern̄. Sic mlͭti religioſi bonis
monaſterij abuti non verenꝭ: ⁊ diuitẽ pur
pura ⁊ byſſo indutũ imitãdo q̃rũt ad indu
endũ: nõ qḋ vtiliꝰ: ſꝫ qḋ ſubtiliꝰ iuenitꝭ: non
qḋ frigꝰ expellat ſed qḋ ſupbire cõpellat: ⁊
cũ eodem diuite epulari quotidie ſplendi-
de volũt. ❡ Quarto dñt eẽ ſctitate decoꝛa
ti fulgẽtes innocẽtia. j.q.j.c. Uiliſſimꝰ re-
putãdus ẽ niſi ꝑcellat ſcia ⁊ ſctitate q̃ ẽ ho-
noꝛ ꝑſtãtioꝛ. Sꝫ nũc ꝓh dolor idigni ⁊ ma-
li ꝓmouenꝭ ad ꝑlaturam. Uñ magna cura
eſt multis: vt in domo ſua officiales vtiles
inſtituãt: ſed parua cura eſt eis vt in domo
dei miniſtros idoneos conſtituant. Sepe
miniſtri hominũ cum cõſilio magno eligũ-
tur: ſed inſufficiẽtes aſſumunꝭ ad ſtatũ cle-
B ricoꝛũ ⁊ ad eccl̃iaſtica bñficia. Quis em̃ ẽ
magiſter mechanicoꝛum niſi ſciat officiũ.
Sed hoc fallit i clericis. Talis recte a dia
bolo ſuper pinnaculum eleuatur. Cui dia-
bolus loquitur. Si filiꝰ dei es: mitte te de-
oꝛſum per gloꝛiam ⁊ diuitias: quod eſt pro
prium diaboli: quia fiũt deterioꝛes. Et ſic
hodie fit in eccleſia ſicut tẽpoꝛe chꝛi. Nam
chꝛiſtus dimittiꝭ id eſt vir bonus: ⁊ barra-
bas.i.malus ⁊ indignus eligitur: qui ſe ⁊
alios latrocinantur per malum exẽplum.
De quo hoꝛrendum ponitur in libꝛo apum
miraculum. Clericus quidam in ſynodo
epiſcopoꝛũ pꝛedicare compulſus anguſtia
batur nõ modicum: quidnam digne poſſet
coꝛam tot eccleſie ꝑlatis ꝑdicare. At vbi ac
ceſſurus in oꝛatione iaceret: venit ad eum
diabolus ⁊ dixit. Quid anguſtiaris iſtis
clericis ꝑdicare? Dic eis illud ⁊ nõ aliud.
Pꝛincipes inferni ſalutant pꝛincipes eccle
ſie. Leti omnes referimus gratias: quia ꝑ
eoꝛum negligentiam atq; malam vitam ad
nos fere totus mundus deuoluitur: qꝛ cũ
ipſis pꝛelatis eoꝛum ſubditi nobis pariter
offerũtur. Inuitus quidem dico: ſed altiſſi C
mi iuſſione coactus. Q̃ꝫ vera iſta ſunt ſta-
tus ipſe pꝛoculdubio demonſtrat eccleſie:
qui nullam maloꝛũ trium q̃ in mundo ſunt
ſcꝫ ſupbie auaritie luxurie comparationẽ
recipit in clericis ⁊ ꝑlatis. Superbia enim
pꝛelatoꝝ excellit ſuperbiam baronũ ducũ
comitũ ⁊ militum ⁊c̃. Si auariciam atten-
dis in nullis mercatoꝛibus vel ciuibus ſimi
lem inuenies: qui tamẽ heredes legitimos
ſi haberent: intolerabilioꝛ inſania videre-
tur. De luxuria vero nihil diffinire pꝛeſu-
mo: quia illam ſolum deus omnipotẽs no-
uerit: qui rerum ⁊ coꝛdium ſcrutatoꝛ eſt. A
qua valde terrere deberent eos quoꝛundã
clericoꝝ exempla. Noui em̃ quoſdam ſubi
to ⁊ impꝛouiſe in latrina ⁊ fetoꝛe vitam ſu
am fetidã terminaſſe. Et quendam in ipſo
actu ſimul cum fine opis expiraſſe. Reſpõ
det clericus diabolo. Mihi non credunt:
ſi eis talia narrauero. Tunc diabolꝰ dedit
ei alapã maculã nigerrimã i facie: q̃ deleri
nõ potuit. Dubitaꝭ: vtrũ mali ꝑlati debeãt
honoꝛari. Rñdet Augꝰ. de anchona ſuper
Mat. dicẽs. q doctoꝛ vl̃ ꝑlatꝰ apte malus D
põt cõſiderari tripl̃r. ❡ Pꝛio c̃ſtũ ad ſuum
officiũ: ⁊ ſic ẽ miniſter dei. Iuxta illḋ apl̃i.
j. ad Coꝝ. iiij. ca. Sic nos exiſtimet hõ: vt
miniſtros dei. ❡ Scḋo c̃ſtũ ad ſuũ dñiũ ⁊
donũ gratis datũ a deo: qꝛ dicẽte apl̃o ad
Rom̃. xiij. Oĩs ptãs a deo eſt. Licet em̃ ab
uſus ptãtis ⁊ dñatiõis nõ ſit a deo: tñ ipſa
dñatio a deo ẽ. Nec tolliꝭ ꝑ pctm̃: qꝛ dona
grat; data ſtãt ſiml̃ cũ pctõ. ❡ Tertio c̃ſtũ
ad ſuũ documẽtũ: ⁊ ſic doctrina quã docet
nõ eſt ſua iuẽtio: ſꝫ reuelatio iſpirata ad ſa-
lutẽ oibꝰ ppl̃is. Igiꝭ ꝑlato vl̃ doctoꝛi apte
malo vel pctõri ꝓpt eiꝰ officiũ: qꝛ eſt dei mi
niſter: nõ ei ſubtrahẽda ẽ debita reuerẽtia
q̃a nõ exhibeꝭ ſibi honoꝛ rõne ſui: ſed rõne
eiꝰ cuiꝰ miniſter exiſtit. Propꝭ eiꝰ ꝓo dñiũ
qꝛ ẽ ſupioꝛ: q̃diu ẽ ſupioꝛ: nõ eſt ſubtrahen-
da debita reuerẽtia ⁊ obediẽtia dũ ꝑcipiat
q̃ nõ ſunt contra deũ: qꝛ dñium nõ tolliꝭ ꝑ
pcti cõmiſſionẽ. Nõ ſolũ ꝓpter ſui ſupioꝛis
depoſitionẽ vel ſuſpenſionem: ſed pꝛopter
eius documentũ: q̃a docet doctrinã a deo
inſpiratã ad totius populi ſalutem: non eſt
ſubſtrahẽda ſibi in eius pꝛedicatiõe intelli-

E gentia: ⁊ audiēda eſt eius doctrina ex q̊ ve
ram doctrinam p̄dicat. Vñ dicit Chryſ. ſu
per hūc locum: q̄ ſicut aurū de terra eligit
⁊ terra relinquit: ſic auditores doctrinam
accipiāt mali doctoris: ⁊ mores relinquāt.
Quia vt frequēter de hoīe malo: bona do
ctrina p̄cedit. Ideo legit. j. q. j. c. Non qua
les ſacerdotes dñi: ſed q̄d de dño loquan=
tur eſt nobis magnope p̄uidēdum. Nec in
vicarijs beati Petri apoſtoli nobis eſt attē
dendū quid ſint: ſed quid p̄ correctione ec=
cleſiaꝝ: q̄d pro ſalute noſtra ſatagunt. Nec
enim inferiores illos dicetis ſcribis ⁊ pha
riſeis: ſedentibus ſupra cathedram Moy=
ſi. De q̄bus p̄cepit domin⁹ dicēs. Quecun=
q̄ dixerint vobis facite: ſm opa vero eoꝝ
nolite facere. Conſidera ergo o impator ſi
illos dixit audiendos qui ſupra cathedraꝫ
moyſi ſedebant: quanto potius illos qui ſu
pra cathedram Petri reſident eſſe eſtimas
audiendos. Hec ille. Dubitat: cur euenit
electio ⁊ exaltatio maloꝝ p̄latoꝝ: Rñdet
q̄ propter quattuor. Primo propter eccle=
ſie vtilitatem: nam illud q̄d facit hominem
ſimplr bonuꝫ eſt charitas: que ſola diuidit
inter filios regni eterni ⁊ filios p̄ditionis
F ſm Aug. li. xv. de trinita. Sed cōtingit q̄n
q̄ q̄ ille q̄ bonus eſt in ſe per donū charita
tis eſt inutilis ⁊ indiſpoſitus ad regimen
eccl'ie ⁊ ad defendendum iura eccl'iaſtica.
Ecōuerſo cōtingit aliquē eſſe malū qui tñ
vtilis eſt ⁊ diſpoſitus ad regimen ⁊ ad ma
lorū ⁊ ſuperborum ſubditoꝝ depreſſionem et
correctionē ⁊ eccl'ie defenſionē. Vñ nō ex=
pedit q̄ ſemp eligat bonus quantū ad talē
finem vicꝫ ad eccl'ie vtilitatē. Secūdo pro=
pter eligentium humilitatē: q2 ex hoc q̄ eli
gentes aliquē in prelatū: attribuūt eoꝝ ſa=
gacitati ⁊ prudētie: deficiūt in electiōe cre
dentes eligere bonū ⁊ eligūt malum: ⁊ ex
hoc magis humiliant: ⁊ poſtmodū nō cōfi
dunt de eoꝝ prudentia ⁊ ſapia: ſed totū co
gitatum ſuum iactant in dño in tali electio
ne: ex q̊ prius innitentes eoꝝ ſagacitati de=
cepti ſunt: ⁊ in ſtultū finē adducti ſunt. Vñ
Iob. xij. in pſona eligētium ⁊ de ſua ſapia
cōfidētiū dr̄ q̄ de⁹ adducit cōſiliarios i ſtul
tum finē ⁊ iudices in ſtuporeꝫ. Tertio hoc
venit p̄pter ſubditoꝝ malignitatē: dicente

Iob. Qui regnare facit hypocritaꝫ p̄pter G
pctā ppl'i. Quia vicia ſubditoꝝ nō pñt bñ
extirpari p̄ humilē ⁊ māſuetū p̄latū. Ideo
expedit q̄nq̄ reges prelatos eſſe feroces ⁊
ſupbos p̄pter eoꝝ correctioneꝫ. Sic rane
q̄dā i t̄pe inierūt conſiliū quō poſſent hr̄e re
gem qui poſſet eos tueri. Noluerūt eñ am
plius hr̄e regē ſui generis. Et ſic elegerūt
ciconiaꝫ q̄ poſtea eos vorauit. ¶ Quarto
vt malos hic remuneret: q2 deus nō vult il
lis prelatis dare regnū eternuꝫ. Dat ḡ eis
regnū terrenū vt ſic remuneret eoꝝ opera
bona facta in pctō mortali. Iſta eſt ratio
beati Auguſtini li. v. de ciui. dei. cur deus
dedit romanis tantā potentiā. ¶ Quinto
prelati debēt eſſe eq̄tate cōſtipati: carētes
iniuſticia. De hoc Sap. j. Diligite iuſticiā
qui iudicatis terrā. Ambro. in hexameron.
Ubi prudentia: ibi malicia: vbi fortitudo:
ibi iracundia. Ubi tēperātia: ibi impatiētia
aut alia vicia. Ubi autē iuſticia: ibi concor
dia. Vñ pſ. Iuſticia ⁊ pax oſculata ſūt. vñ
Aug. iiij. de ciui. dei. ca. iiij. Remota iuſti=
cia quid ſunt regna: niſi magna latrocinia.
Sed multi ſunt p̄lati q̄ iuſticiā nō diligūt. H
Primi ſunt acceptores muneꝝ: de quibus
Eſa. v. Ve qui iuſtificatis impiū pro mune=
ribus: ⁊ iuſticiam iuſti aufertis ab eo. Pſ.
Dextera eoꝝ repleta eſt muneribus. Con=
tra q̄s Deu. xvj. Nō accipietꝫ munera: que
excecāt oculos etiā iudicū. De quib⁹ Gre=
go. ix. moral. c. xiij. Quib⁹ ſi ſpes muneris
ſubſtrahit a defenſiōe iuſticie p̄tin⁹ ceſſat
vñ Alan⁹ in li. de plāctu nature. Langueſ
cit ciuilitas vbi nūmoꝝ p̄orat pluralitas.
Si aure iudicis vl' aduocati ſuſurrat pecu
nia: orphei lyra: carmen amphionis: muſa
virgilij: voce pecunie ſuffocant. Quid plu
ra: Ubi nūm⁹ loquit: tulliani eloquij tuba
tumeſcit. Hec ille. Legit de q̄dam hyſtrio=
ne andegaueſi. q̄ nō poſſet ad cōuiuiuꝫ cu=
iuſdā abbatis intrare. Impleuit vreū aq̄
⁊ operuit manutergio quodā decenti: quē
cum ianitores vidiſſent putabant eum en=
cenium portaſſe: ⁊ intromiſerunt eū. Qui
veniēs coram abbate ait. Nō aliter ingreſ=
ſus mihi patuit q̄s p̄ munus. Ecce aqua ad
lauandū manus poſt prandiū ⁊c̄. Secūdi
ſunt diſſimulatores ſceleꝝ. contra q̄s. lxxxvj.

A dı.ca.Facientis.ꝑculdubio culpā habet q
qꝺ pōt corrigere:negligit emendare.Scri-
ptū quippe eſt.ſ.Leui.xx.Nō ſolum qui fa
ciūt:ſed etiā qui cōſentiūt faciētibus parti-
cipes iudicantur. Sequit̃. Negligere cum
poſſis ꝑturbare ꝑuerſos: nihil aliud eſt ꝙ̃
fouere.Nec caret ſcrupulo ſocietatis occul
te qui manifeſto facinori deſinit obuiare.
Idem.lxxxiij.di.ca.error cui non reſiſtitur
approbatur.et.xxiij.diſt.iij.Qui pōt obui-
are ⁊ ꝑturbare ꝑuerſos ⁊ nō facit nihil aliꝺ
eſt ꝙ̃ fouere impietatē eoꝝ.⁊.ij.q.vij.cap.
Negligere.Ex his ptȝ ꝙ maxime peccant
prelati qui diſſimulant pctā ſubditoꝝ.Ter
tij ſunt vindicatiui ſceleruȝ q volunt ſe vin
dicare ſi offenſi ſunt.Contra illud qꝺ dicit̃
Eccſi.vij.Noli eſſe nimium iuſtus.i.crude
lis: quia tutius reddit̃ ratio de miſcḋia ꝙ̃
de crudelitate.vt ptȝ in.c.xxvj.q.vij.Et al
legat Bern̄.ſuꝑ Can̄.ſermo.xxiij.Diſcite
vos ſubditoꝝ mr̄es eſſe nō dn̄os: ⁊ inter-
dum ſi ſeueritate opus eſt pr̄na ſit nō tyrā
nica.Matres em̄ fouendo: pr̄es corrigen-
do vos exhibeatis.Hec ille.Dubitat̃:qua-
B re prelati ſunt iſtituti? Reſpōdet Grego.in
paſtorali.c.xviij.dicens.ꝙ oēs natura eq̄-
les genuit:ſed variātē meritoꝝ ordine:ali-
os alijs culpa poſtpoſuit:⁊ ipa diuerſitas
q acceſſit ex vitio diuino ordine diſpenſat̃.
Sequit̃.Antiqui enim pr̄es nr̄i non reges
hoim: ſȝ paſtores pecoꝝ fuiſſe memorant̃.
Et cum dn̄s Noe filijſqȝ eius diceret.Cre-
ſcite ⁊ multiplicamini.Protinus adiunxit.
Et terror ⁊ tremor veſter ſit ſuper cuncta
animantia terre.Quoꝝ vicȝ terror ⁊ tre-
mor eſſe ſuꝑ animantia terre ꝑfecto:⁊ ſuꝑ
hoies eſſe ꝓhibet̃.Homo quippe aīalibꝰ
nō aūt ceteris hominibus natura p̄latꝰ eſt
Ideo dictū eſt primis parentibus noſtris.
Dn̄amini piſcibus maris ⁊ volatilibus ce-
li ⁊ vniuerſis animantibꝰ terre que mouē-
tur ſuꝑ terraȝ:vt ex qua ꝑte beſtiales ſunt
ſubditi iaȝ debent formidini iacere ſubſtra
ti: vt humana ſaltē formidine peccare me-
tuant q diuina iudicia formidant.Hec ille.
Sȝ q̄dā ſunt piſces maris vt ſunt rebelles
⁊ vitioſi:volatilia celi acerbi ⁊ ambitioſi:
beſtie terre auari ⁊ pecunioſi: reptilia lu-
brici ⁊ libidinoſi:q om̄es debēt ſubeſſe per

correptionem prelatorum.Idem ſentit Pe C
trus rauen̄.in ſua epl̄ari.lib.v.dicens.Ad
extollendum iuſtoꝝ preconia:ad reprimen
das inſolentias tranſgreſſoꝝ: ꝓſpiciens e
celo iuſticia erexit in ppl̄is regnantium ſo-
lia ⁊ diuerſoꝝ principū ptātes.Caruiſſet
nanqȝ libenter humana cōditio iugo domi
nij:nec libertatē a ſe quā eis natura dona
uerat hoies abdicaſſent: niſi ꝙ prius im-
punita licentia ſceleꝝ in euidentē perniciē
humani generis redundabat.Scḋo dubi-
tatur.Cur deus nō dedit homini angeluȝ
in prelatū? Reſpōdit ibidem Petrus vbi ſu
pra dicens.Nec angelꝰ ei prelatus eſſe de-
buit:vt gratioſiorem p̄laturā efficeret idē-
titas ſpeciei.Ideo deꝰ ꝓpoſuit beatū Pe-
trum in prelatū qui cecidit: vt ex ſua culpa
addiſceret qualiter alienā miſeriā tolera-
ret.vt ptȝ.l.di.c.ꝯſiderandū.Si angelus
eſſet prelatus homini:eſſet fortaſſis ſibi ni-
mis imiſericors cum peccaret.¶ Quarti
ſunt iniuſti cū malum exēplum prebēt ſub-
ditis.vt patet Math.v.Niſi abundauerit
iuſticia veſtra plus ꝙ̃ ſcribarū ⁊ phariſeo-
rum:non intrabitis in regnum celorū.Di- D
cunt em̄ ⁊ non faciunt.Unde Grego.in pa
ſtorali.Grex quando paſtoris vocem mo-
reſqȝ ſequit̃:per exempla meliꝰ ꝙ̃ per ver-
ba ad eternam vitam gradit̃.Sic non ſuffi
cit ei bona facere occulta: niſi ⁊ faciat ma-
nifeſta.Math.v.Sic luceat lux veſtra co-
ram hoibus:vt videant opera veſtra bona
⁊c.Itē non ſufficit ei cauere a malo exem-
plo:niſi det ⁊ bonum.Luce.xij.Sint lum-
bi veſtri p̄cincti ⁊ lucerne ardentes in ma-
nibus veſtris.Pertinet em̄ primum ad de-
clinationem a malo.Secūdum ad oſtēſio-
nem boni exempli.Itē non ſufficit ei dare
exemplum in vno bono: niſi det in om̄ibus
ij.ad Thimo.ij.In om̄ibꝰ prebe teipm̄ exē
plum bonoꝝ operū.Item nō ſufficit dare
exemplum aliquibꝰ:ſed om̄ibus.Math.v.
Ponunt lucernam ſuper cādelabrū vt luce
at om̄ibꝰ qui in domo ſunt.Ad Roma.xij.
Prouidentes bona non ſolum coram deo:
ſed etiaȝ coram oibus hoibus.Itē debent
eſſe ſicut exēplar ex quo alij libri trāſcribū-
tur.Iuxta illud poeticum.Regis ad exem
plar totus cōponit̃ orbis.Mobile mutat̃

E ſemp cū ꝑncipe vulgꝰ. Vñ Grego. in paſto
rali. Paſtoꝛ cuꝫ ꝑ abꝛupta gradiť: neceſſe
eſt vt grex in precipitiū labatur. Vñ Bern̄.
in lib. de cōſideratione. Conſidero graduꝫ
⁊ vereoꝛ caſum: conſidero faſtidium digni
tatis: ⁊ intueoꝛ faciē abyſſi iacentis deoꝛ-
ſum. Attendo celſitudinē honoꝛis: ⁊ e vici-
no reformido periculū. Hec ille. Om̄ iudi-
cium duriſſimū fiet his q̇ preſunt. Sap̄. vj.
Judiciū durū: qꝛ male intrauerūt: durius
q̄a male rexerūt: duriſſimū: quia male vi-
xerunt. Judicium durum: quia pauperes
exactionauerūt duriꝰ: qꝛ bona pauperꝝ cū
ſumpſerūt: duriſſimū: qꝛ chr̄o ⁊ eccl̄ie de ꝑ
ceptis elemoſynis non ſeruierūt. Durū iu
diciū: qꝛ oues chr̄i nō pauerūt pane mate-
riali durius: qꝛ nō pauerūt pane doctrina
li: duriſſimū: qꝛ nō pauerūt pane exēplari.
¶ Sexto debēt eē parcitate mēſurati pol-
lētes ꝑpantia. vtꝫ. xxxv. diſ. c.. Eccl̄ie prin
cipes q̇ delicijs affluūt ⁊ īter epulas ⁊ laſci
uias pudicitiā ſe ſeruare credunt ꝓphēticꝰ
ſermo deſcribit ꝙ eijciendi ſunt de ſpacio-
ſis domibꝰ lautiſq; conuiuijs. Et infra. An
nō eſt cōfuſio ⁊ ignominia: ieſum chr̄m cru
cifixū pauperē ⁊ eſurietem farſis p̄dicare
corpoꝛibꝰ ⁊ ieiunioꝝ doctrinā rubētes buc
F cas tumētiaq; oꝛa ꝓferre. De q̄bus Bern̄.
in q̄buſdā dictis ſuis. Videas quoſdam de
maioꝛibꝰ comedere lautius: bibere ſapidiꝰ
indui pulchꝛius: cubare molliꝰ: loqui liben-
tius: oꝛare rarius. Hec ille. Non ſunt iſti
p̄lati ſm̄ ordinē apl̄oꝝ. ij. ad Corinth̄. iiij.
Vſq; in hanc hoꝛam eſurimus ⁊ ſitimus: ⁊
nudi ſumus. Sed ſm̄ oꝛdinem ſcribarum ⁊
phariſeoꝝ: q̇ imponūt onera grauia ⁊ im-
poꝛtabilia in humeros hoīm: digito auteꝫ
ſuo nolunt ea mouere. Mat. xxiij. Dauid
aūt rex ſitiens noluit bibere aquā: quā tres
foꝛtes viri cū periculo poꝛtauerant: ſed li-
bauit eam dn̄o dicens. Propitius ſit mihi
dn̄s: ne faciā hanc rem vt ſanguinem iſto-
rum hoīm ⁊ aiaꝝ periculum bibam. vt ptꝫ
ij. Regū. xxiij. Legiť in hiſtoꝛia tripartita.
ꝙ cū Theodoſius imperatoꝛ eſſet in q̄dam
expeditione: in qua exercitus non inuenie
bat aquā ad bibendū quidā videntes eum
eſtuantē ꝑ ſiti: obtulerunt ei potū limpidiſ-
ſimū ad bibendū confectū aromatibus aq̄

frigida ꝑfuſa. Qui vīcēs animū ſuū nolu G
it accipe: ſed dixit offerēti: vt alij cui vellet
offerret. Et hoc fecit vt coꝛda alioꝝ intuen
tium per hoc animarenť ad tolerantiā. Si
militer legiť de alexādro magno. Qui dū
in loco arido eſſet cū ſuis: quidam videns
eum ſitientem quandā aquā modicā inue-
niens obtulit ei. Ille ꝓo noluit bibere: ſed
refudit eam: vt ſuos ſimiliter animaret ad
tolerantiā. Mira res: imo abuſio: homīes
ſeculares dignitatis imꝑialis abſtinent in
ſiti a potu: vt ſuo exemplo animent alios: ⁊
prelati eccleſiaſtici imo religioſi non curāt:
ſi ſubditi eoꝝ duram vitam ducant exem-
plo ſuoꝛum exceſſuum in cibo ⁊ potu ⁊ ſcā
dalizantur ad moꝛtem. De quibus Ezechi
elis. xxxiiij. Ve paſtoꝛibus iſrael qui paſce-
bant ſeipſos. Nam Moyſes ⁊ Aaron prin
cipes ppl̄i de eadem aqua ⁊ potu vſi ſunt
in deſerto. Juxta illud apl̄i. ij. ad Coꝝ. x.
Om̄es em̄ eandē eſcam ſpiritalem. i. ſpūa-
lem ſignificantē manducauerūt ⁊ eundem
potum biberunt.

¶ Honoꝛa patrem ⁊ matrem. H

Non peccant ꝯtra illud p̄ceptū qui
ſunt inobedietes p̄latis eccl̄ie. Cō-
tra illud qđ dr̄ Deute. xvij. Qui ſu-
perbierit nolens obedire ſacerdotis impe-
rio: q̇ eo tēpoꝛe miniſtrat dn̄o deo tuo moꝛi
etur hō ille: ⁊ auferes malū de iſrael: cun-
ctuſq; ppl̄s audiēs timebit: vt nullus dein-
ceps intumeſcat ſuꝑbia. Jō dicit ſaluatoꝛ
nr̄ de p̄latꝫ ⁊ ſacerdotibꝰ. Qui vos ſpernit
me ſpnit: ⁊ q̇ me ſpernit: ſpernit eū q̇ me mi
ſit. Lu. x. Hec obedientia ptꝫ per exempla
creaturarū: ꝑ dogmata ſcripturarū: ꝑ eni-
gmata figurarū ⁊ ꝑ dn̄m oīm creaturarū.
Pꝛio ptꝫ ꝑ exēpla creaturarū. vij. q. j. cap̄.
In apibꝰ eſt vnꝰ p̄nceps: ⁊ grues vnam ſe
quunť oꝛdie l̄rato. Impatoꝛ vnꝰ iudex vnꝰ
ꝓuincie vniꝰ. Roma aūt cōdita duos fra-
tres reges ſimul hr̄e nō potuit ⁊ paricidio
dedicať. i. maculať. Scđo ptꝫ ꝑ dogmata
ſcripturaꝝ. j. Reg. xv. Melioꝛ eſt obedien-
tia q̄ꝫ victima. Jō dicit Greg. ⁊ poniť. viij.
q. j. c. Sciēdū ꝙ obediētia victis iure p̄po-
niť: qꝛ ꝑ victimas aliena caro: ī obediētia
ꝓo ꝓpꝛia volūtas mactať. Tertio ptꝫ eni-
gmata figuraꝝ. Nā adā ſtatim qn̄ fuit cre-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

atus obediētie legibꝰ fuit aſtrictꝰ: ⁊ nō obe
A diēdo de ꝑadiſo fuit reiectꝰ. Gene. iij. Noe
obediendo archā faciens a diluuio fuit ſal
uatus. Gene. viij. Loth angelis obediendo
ciuitatē dimittēs a ſubuerſione zodome fu
it liberatus. Gen̄. xix. Et vxor eiꝰ nō obedi-
endo i ſtatuam ſalis fuit mutata. Abraam
deo obediendo fuit pater multarū gētium
vocatus. Gen̄. xxij. Quarto in chr̄o domi-
no nr̄o ⁊ oim̄ creaturaꝝ. Ad philip. ij. Fa
ctus eſt obediēs vſqʒ ad mortē. Lu. ij. Erat
ſubditꝰ illis. ¶ Notandū ꝙ qnqʒ ſunt q̄bus
debemus obedire humiliter. Primo dn̄ice
maieſtati rōne creatiōis. Scdo ſpūali ptā-
ti rōne inſtructiōis. Tertio p̄latoꝝ volun-
tati rōne ꝓfeſſiōis. Quarto parentū digni
tati rōne ꝓpagatiōis. Quinto dn̄oꝝ ptāti
ratione ſuppoſitōis. Primo dominice ma-
ieſtati ratione creationis. Actu. v. Obedi-
re oportet magꝭ deo q̄ȝ hoibꝰ. Et ſunt ꝟba
apl̄oꝝ ꝯtra ſeniores iudeoꝝ: q̄ ꝓhibebāt ꝙ
non deberent amplꝰ loq̄ in noie illo. Sic ſi
imperator vel dux ꝓcōſul vel cuiuſcūqʒ ſta-
tus tibi aliq̄d ꝓcipet qđ ſit ꝯtra deū vl̄ ſalu
tē aīe tue. rn̄de. Oportet magꝭ obedire do
B q̄ȝ hoibus. Jō dī. xj. q. iij. ca. qui reſiſtit. Si
aliq̄d ipe ꝓconſul iubeat: ⁊ aliud iubeat im
perator: vel ſi aliud impator: ⁊ aliud crea-
tor: q̄d iudicatis. Maior ptās deꝰ eſt. Da
veniā o impator. Tu carcerē: ille gehennā
minat̄. Sequit̄ ibidem in c. Imperatores.
Si in errore eſſent qđ abſit ⁊ ꝑ errore ſuo
cōtra veritatē legē darent ꝑ quā iuſti ꝓba-
rent̄ ⁊ coronarent̄. Nō tn̄ faciendū eſt qđ
illi iubent: quia deus ꝓhibet: ſicut iuſſerat
Nabuchodonoſor: vt aurea ſtatua adora-
ret̄. Qđ q̄dē facere noluerūt deo talia ꝓhi
bēte: ſicut miſael daniel ⁊ abdenago. Sed
viſo miraculo ſtatuit oppoſitū di. Quicun
qʒ blaſphemauerit deuz ſydrach ⁊c̄. in in-
teritū iret ⁊ domꝰ eiꝰ tota. Aliud exēplum
ponit idē de Juliano apoſtata. Qui qn̄ di-
xit militibꝰ ſuis chriſtianis. Producite aci-
em obediebāt. Qn̄ dixit. Adorate ſtatuaȝ
aut idolū refutauerūt. Jō dicit Auguſt. in
ſermonibus ad heremitas. Ecce inq̄t frēs
mei. Angelus obedit deo in oibus: ⁊ tu qui
cinis es ꝯtradicis deo. Si ſol a ſua ſemita
nō deuiat nec luna nec ſtelle: oīa eñ celica

ſuis ſeruiūt officijs: tu vero dei voluntati C
quaſi in oibus reſiſtis. Ad nutū dei campi
floribus decorant̄: terra imbribꝰ fecūdat̄:
frondibus criſpat̄ ſilua. In nemore cytha-
rizat auicula. Oīa deo obediunt: ⁊ ſolꝰ hō
dei volūtati reſiſtit. Sequitur infra. O q̄ȝ
enorme viciū eſt qđ fuit obediētie ꝯtrariū.
Per hoc diabolus celuȝ perdidit: ꝑ hoc hō
paradiſuȝ amiſit: per hoc Saul regnū: per
hoc Salomon amorē diuinū. hec Auguſt.
Jdcirco minatur dn̄s inobediētibus ſibi.
Deut. xxvij. multas penas dicēs. Si nolu-
eris audire voceȝ dn̄i dei tui: vt cuſtodias
⁊ facias oia mādata eiꝰ. Sequit̄. Venient
ſuꝑ te oēs maledictiōes iſte. Maledictus
eris in ciuitate: maledictus in agro: male-
dictū horreū tuum. Mittet dn̄s ſuper te fa
mē ⁊ eſuriē ⁊ adiūget tibi peſtilētiā donec
cōſumat te. Et celū qđ ſuꝑ te eſt erit eneū ⁊
terra quā calcas ferrea. i. dura: nulluȝ fru-
ctū ꝓferens. Percutiet te dn̄s egeſtate ⁊
febri: frigore ⁊ ardore: eſtu ⁊ aere corrupto
Sic q̄tienſcūqʒ peccamꝰ ſumus deo inobe-
dientes: Jō Ambro. in li. de paradiſo diffi-
nit pctm̄ dicēs. ꝙ pctm̄ ē trāſgreſſio legꝭ di D
uine ⁊ celeſtiū inobediētia mādatoꝝ. Ex
his ſequit̄ ꝙ q̄ deo eſt obediens: ſequit̄ ſibi
orōnis exauditio. Vn̄ pſ. Volūtatē timen
tiū ſe faciet ⁊ deꝑcationeȝ eoꝝ exaudiet ⁊
ſaluos faciet eos. Vn̄ Aug. i li. de oꝑe mo-
nachoꝝ. Citiꝰ exauditur vna orō deuota
obediētis: q̄ȝ decē mille obedire cōtēnētiū.
Cuiꝰ exēplū i helia. de quo Jacobi. v. He
lias erat hō ſilis nobis paſſibilis: ⁊ orauit
dn̄m vt non plueret ſuper terraȝ annis tri-
bus ⁊ ſex mēſibus. Et rurſuȝ orauit ⁊ celū
dedit pluuiā: ⁊ terra dedit fructū ſuū. vtȝ
iij. Reg. xvij. vbi apparet ꝙ deus citiꝰ ex-
audit verū obedientē. Scdo ſequit̄ trinita
tis in eo inhabitatio. Joan. xv. Si q̄s dili-
git me ſermonē meū ſeruabit: ⁊ ad eum ve
niemus ⁊ manſionē apud eū faciemꝰ. Vn̄
Bern̄. Nihil deo acceptius: nihil angelis
charius: nihil hoi fructuoſius q̄ȝ iura obe-
dientie cuſtodire. Sic eſt econtrario de in-
obedientia. Vbi eñ illa eſt: ibi eſt habitacu-
lum diaboli. ¶ Tertio ſequitur pacis mul-
tiplicatio. Eſa. xlviij. Vtinā attendiſſes ad
mādata mea: facta fuiſſet vt flumē pax tua



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E id eſt abūdans. De hac dr Leui. xxvij. Si
in preceptis meis ambulaueritis ⁊ man-
data mea cuſtodieritꝭ dabo vobis pluuias
tꝑibus ſuis: ⁊ terra gignet germen ſuum ⁊
pomis arbores replebūtur. Apprehendet
meſſiū tritura vindemiā: ⁊ vindemia occu-
pabit ſementē: ⁊ comedetis panē vr̄m in ſa
turitate: ⁊ abſqꝫ pauore habitabitis ī terra
vr̄a. Dabo pacē in finibꝰ vr̄is ⁊c̄. Sed oīa
erunt nobis in cōtraria ſi deo ſumus inobe
dientes. ❡ Quarto ſequitur irrōnabilium
ſubiectio. Jō dicit Aug. ſup canonicā Joā
nis omel. vij. O hō ſubdere ei q̇ ſuper eſt ⁊
infra te erūt illa q̇bus ꝑpoſitus es: quia ꝑ
pctm̄ hō deſeruit eū ſub q̊ eſſe debuit: ideo
ſubditus eſt eis ſupra q̄ eſſe debuit. Supra
te eſt deus: ſub te pecora. Agnoſce eū q̇ ſu-
pra te eſt: vt cognoſcāt te que infra te ſunt.
Jdeo cuꝫ Daniel agnouiſſet ſupra ſe deū:
agnouerūt ſupra ſe illū leones: ſi aūt ſupe-
riorē contēnis: ſubderis inferioribus. Pro
pterea ſupbia egyptioꝝ de ranis ⁊ muſcis
domata eſt. Hec Aug. Sed propter inobe-
dientiā oīa inferiora nobis rebellant. Ge-
neſis. iij. Quia comediſti de ligno ex q̊ tibi
ꝑceperam ne comederes. Sequit̄ ibidem.
F Maledicta ſit terra in ope tuo: ſpinas et
tribulos germinabit tibi. Sed Joſue man-
data dei cuſtodiuit. Jō ſol ⁊ luna ſibi obe-
dierūt. Joſue. x. Legimꝰ etiā in vitaſpatꝝ
ꝙ abbas Paulus precepit diſcipulo ſuo io-
anni: vt afferret ei fimum boum qui erat ei
neceſſarius. Et ille ait. Jn loco vbi fimus
eſt habitat leena. Cui abbas: ſi venerit ſu-
per te alliga eā ⁊ duces eam tecū. Juit ille
⁊ inuenit leenam. Et cū vellet ſup eū rue-
re dixit. Abbas ꝑcepit mihi vt alligem te:
⁊ adducam te ad eum: ⁊ ſtatim beſtia ſtetit
qui tenēs eam duxit ad monaſteriū. Sic̄
legimus de beato Hieronymo. cui leo ſer-
uiuit. vtꝫ in eiꝰ legenda. ❡ Quinto ſequit̄
dei bn̄dictio: cuiꝰ exempluꝫ ptꝫ in abraam
qui obediuit deo exiens in locum ad quem
ꝑceperat dn̄s obediuit deo: volens īmola
re filiū ſuū vnicū. Jdeo dn̄s ad eum dixit.
Quia feciſti rē hāc: ideo benedicens bene-
dicam tibi. Et q̇ bn̄dixerit tibi: ſit ille bene-
dictus. Jdeo dr Deut. xj. En ꝓpono in con
ſpectu vr̄o hodie maledictionē ⁊ benedicti
onem. Bn̄dictionē: ſi obedieritis manda- G
tis dei veſtri. Maledictionem: ſi ea audie-
ritis nec feceritis: ſed receſſeritis de via
quā ego nūc oſtēdā vobis ⁊ ambulaueritꝭ
poſt deos ⁊c̄. Jō eccl'ia ꝓpter inobedienti-
am infligit anathema. ❡ Sexto ſequitur
eterne vite acq̇ſitio. Deute. vj. Audi iſrael
precepta dn̄i: ⁊ ea in corde tuo q̄ſi in libro
ſcribe: ⁊ dabo tibi terrā lacte ⁊ melle ma-
nantē. Gloſa. i. terrā viuentiuꝫ que fluit la
cte hūanitatis ⁊ melle chr̄i deitatꝭ. ❡ Se-
cundo eſt obediendū ſpūali ꝑlāti rōne in-
ſtructionis. Ad Heb. xiij. Obedite prepoſi
tis vr̄is ⁊ ſubiacete eis. Jpi em̄ peruigilāt
quaſi rōnem reddituri ꝑ aīabus veſtris.
Sic obediendū eſt pape ⁊ epīs ⁊ alijs ꝑla-
tis ſpūalibus: q̇a ipſi peruigilāt. ſ. ꝑdicādo
ſtudendo ⁊ ꝑcepta dādo: ſicut dicit Boni-
facius papa octauꝰ ī ꝓncipio decretalium
de ſemetipſo. Amplectimur quippe nos ꝓ
ipſoꝝ quiete labores ⁊ noctes q̄nqꝫ tranſi-
gimus inſomnes vt ſcandala remoueamꝰ
ab ipſis. Jō dr. xix. diſ. Sic oēs apoſtolice
ſedis ſanxiones accipiende ſunt tanq̄ꝫ ip-
ſius diuina voce petri firmate. Jtem dicit H
quaſi rationē reddituri pro animabus ve-
ſtris: quia tenentur reddere rationem pro
oībus ſibi ſubiectis. Jdeo merito obliga-
mur eis obedire tanq̄ꝫ patribus noſtris ſpi-
ritualibꝰ. Jdcirco ſummꝰ pontifex in fine
bullarum ſuarū ſemper annectit. Nulli ho-
minū hanc paginā noſtri ſtatuti ordinatio-
nis: conceſſionis infringere licet: vel ei au-
ſu temerario ꝯtraire. Si q̇s aūt hoc atten-
tare ꝑſumpſerit: indignationē omnipoten-
tis dei ⁊ beatorum Petri ⁊ Pauli ſe noue-
rit incurſurum. Sed dubitatur in quo cōſi-
ſtit obediētia? Rn̄det Raymundus. ꝙ con
ſiſtit in tribus. Primo in reuerentia vt in-
ferior aſſurgat ⁊ cedat ſupiori ei dādo pri-
mū locū in choro: in mēſa: ſedēdo: eundo.
Sic ſeculares debent venerari ſuos ſacer-
dotes. ❡ Scd̄o conſiſtit in iudicio. Jlle ha
bet eum iudicare: q̇ alteri obedire tenet̄ ſic
ꝑlati ſpūales ⁊ ſacerdotes habēt iudicare
ſeculares: ⁊ non ecōtra. vt ptꝫ. xj. q. j. c. ſa-
cerdotibus. vbi dicit̄. Eccl'iaſtica q̄qꝫ hiſto-
ria: cuꝫ pie memorie Conſtantino principi
ſcripto oblate accuſatiōes ꝯtra epiſcopos

A fuiſſent: libellos quidem accuſatiõis acce-
pit: ⁊ ipſos conuocans dixit. Non eſt di-
gnum vt nos iudicemus deos. Ideoq; di-
citur extra de iudicijs. ca. Clerici non de-
bent reſpondere in ſeculari iudicio conſue-
tudine contraria non obſtante. Idem ex-
tra de fo. compe. per totũ. ¶ Tertio conſi-
ſtit in precepto: quia ſuperior habet preci-
pere inferiori ⁊ non ecõtra. Scd̃o dubitaẗ
vñ oriẗ inobedientia: q2 nos cernimus ma-
xime vigere inobedientiã tam in ſeculari-
bus q̃ꝫ in ſpũalibus. Rñr. ꝙ ex tribus oriẗ.
Primo ex ſupbia contẽnente: q2 dicit Baſi
lius in hexameron. Superbus ſubeſſe re-
nuit: p̃eſſe cupit: legem alios ſeruare que-
rit nullã pro ſe hr̃e. Ideo dicit Aug. ſuper
Geñ. li. xij. ad lr̃am. ꝙ primus hõ quadam
ptãte elat⁹ contempſit ſeruare p̃ceptũ. Se-
cundo ꝓcedit ex ignorantia cõtingente: q̇a
multi offendũt in legeꝫ: q̇a nõ cognoſcũt ſe
malefacere. Vñ apl̃s. j. ad Cor. xiiij. Oĩs
ignorãs ignorabiẗ. Multi ſunt qui non va-
dunt ad ſermonẽ vt poſſint ſe excuſare per
ignorãtiã cõtra regulã iuris. li. vj. c. Igno
B rantia facti nõ iuris excuſat. Itẽ extra de
cõſtitutionib⁹. li. vj. c. animarũ periculis. ꝙ
ignorantia craſſa ⁊ affectata non excuſat.
Tertio venit ex ĩpunitate negligentis. Vñ
Berñ. ad Eugeniuꝫ papã. Impunitas au
ſum parit: auſus exceſſum. Iõ ſtatuta ma-
le ſeruanẗ: q̇a nõ puniunẗ trãſgreſſores tã
clerici q̃ꝫ laici: imo minus clerici. Ideo vul-
gares hñt cõe ꝓuerbiuꝫ. Qui vult impune
viuere fiat cleric⁹. Et ſi aliq̇ puniunẗ ſunt
paup̃es: tam in ſtatu clericali q̃ꝫ laicali. Iõ
dicit Valerius li. viij. ꝙ leges erãt ſil̃es te-
lis araneaꝝ: q̃ paruas muſcas retinẽt: ⁊ a
magnis frangunẗ. Nõ fecit ſic zelatus qui-
dam. de q̃ dicit Valeri⁹ li. vj. Ille fecit ſta-
tutum ꝙ deprehenſus in adulterio vtroq;
oculo orbareẗ. Tandẽ fili⁹ ſuus fuit depre
henſus. Quẽ apprehendit volens in eo ri-
gorem legis implere. Sed ꝓpter ſeniorum
interceſſionem vt legi ſatiſfieret ſibi eruit
vnũ oculũ: ⁊ filio etiã vnum. ¶ Tertio de-
bemus obedire dñoꝝ ptãti: rõne ſuppoſi-
tionis. j. Pet. ij. Subditi eſtote omni crea-
ture: ſiue regi tanq̃ꝫ precellenti ⁊c̃. ad vin-
dictam malefactoꝝ: laudem ṽo bonoꝝ: q̇a
non eſt minus pctm̃ aliq̇ñ nõ obedire prece C
ptis dñi tẽpalis q̃ꝫ ſpũalis. In his maxĩe
ordo iuſticie cõſiſtit. Iõ dr̃ ad Roma. xiij.
Oĩs ptãs a deo eſt: ⁊ qui ptãti reſiſtit: deo
reſiſtit. Iõ rñdit chr̃s pilato. Non hr̃es in
me ptãtem vllam: niſi tibi datũ deſup fuiſ-
ſet. Jo. xix. Vñ Aug. li. v. de ciui. dei. cap.
xxj. Qui romanum imperium dedit mario
ipſe ⁊ gayo. qui auguſto: ipſe ⁊ neroni. qui
veſpaſianis: pr̃i ⁊ filio ſuauiſſimis imꝑato
ribus: ipſe ⁊ Domiciano crudeliſſimo. Et
ne p ſingulos ire neceſſe ſit: qui cõſtantino
ipſe apoſtate Juliano. Hec Aug. Iõ debe-
mus ſeculari ptãti obedire: ⁊ maxime im-
peratori romanoꝝ: qui ſolet coronari tri-
plici corona. vt dicit Jo. anð. de iureiur. in
cle. c. romani principes. ſup ṽbo veſtigijs.
ꝙ rex romanoruꝫ ſolet coronari triplici co-
rona. Prima ferrea: quaꝫ recipit ab epiſco-
po Coloñ. aquiſgrani eiuſdẽ dioceſis. Et ſi
gnificat fortitudineꝫ q̃ vincere debet rebel
les ĩfideles cõculcare. Scd̃a eſt argẽtea
quã recipit in ingreſſu italie a mediolanẽ.
archiep̃o. Et ſignificat mũdiciã ⁊ claritatẽ
quã debet hr̃e. Tertia eſt de auro quã reci D
pit rome a papa. Et ſignat ꝙ ſic̃ aurũ oĩb⁹
metallis eſt excellẽtiſſimũ. Ita imꝑator in
iuſticia ⁊ potẽtia debet excellere alios re-
ges. Olim his trib⁹ dabaẗ tributũ romãis
In p̃mo q̇nquẽnio ferrũ ad faciẽdum lan-
ceas ⁊ gladios ⁊c̃. In ſcd̃o q̇nquennio ar-
gentũ ad faciendũ monetã ꝓ ſtipendiarijs
cõducendis. In tertio aurũ pro ornatu tẽ-
ploꝝ ⁊ deoꝝ. Iſtud tp̃s q̇ndecim annorũ
vocatur indictio. Ergo illi obligamur obe-
dire q̃ꝫtum ad tp̃alem militiam. Sic regi in
ſuo regno: duci in ducatu: mgr̃o ciuiũ in ci-
uitate: vxores maritis: vaſalli principibus
ſerui dñis. Ideo dr̃ ad Roma. xij. Omnis
aĩa ptãtib⁹ ſublimiorib⁹ ſubdita ſit. Ex his
infero tria documenta. Primo ſi homo mã
ſiſſet in ſtatu innocentie: nõ habuiſſet regi-
men imꝑialis vel papalis eminentie. Pro-
baẗ p Grego. in paſtorali. c. xviij. dicentẽ.
Oĩes hoĩes natura eq̃les genuit ⁊c̃. No-
ta in ſermone p̃cedenti. in. v. mẽbro. Idem
dicit Petrus raueñ. vtꝫ ibideꝫ. Ideo dicit
mgr̃ Egidius in li. de regimine principum.
ꝙ tres ſunt actus p̃ncipatus. ſ. defendere

E coꝛrigere ⁊ docere. Primi duo actus ibi
nõ fuiſſent: qꝛ ibi nemo aliũ inuaſiſſet. Er-
go non prim⁹ nec ſcðs: qꝛ vbi nullum pctm̃:
ibi non eſt neceſſaria coꝛrectio: q̃a ibi nul-
lum fuiſſet pctm̃ per caſuz poſitũ. Tertius
ex aliq̊ mõ ibi fuiſſet licet impꝛopꝛie. ¶ Se-
cundũ documẽtũ eſt ꝙ regimen papale at
qꝫ imꝑiale non erit poſt hanc vitã in regno
ſuperno. Probaꝛ per illud. j. ad Choꝝ. xv.
Cum tradiderit regnũ deo prĩ. i. ad viſio-
nem dei pr̃is chr̃s electos ducet: ⁊ euacua
bit oẽm ꝑncipatũ ⁊ ptãtem. Ubi dicit glo.
⁊ ponitꝛ a magr̃o li. ij. di. vj. Dũ mũdus in-
quit durat: angeli angelis: demões demo
nib⁹: hoĩes hoĩb⁹ preſunt. Ratio huius eſt
qꝛ in pñti vita ſemꝑ peccam⁹. Indigemus
ergo ꝑlatis qui coꝛrigant nos. Sequitꝛ coꝛ-
relarie: ꝙ ſicut homines de die in diẽ de-
terioꝛantꝛ: ſic eccl̃ie ꝑlati peioꝛãtꝛ. Jõ dicitꝛ
Sap. viii. Per me reges regnant ⁊ tyran-
ni tenent terraz. Jõ dicit Job. Qui regna-
re facit hypocritã ꝓpter pctã ppl̃i. Cuius
ſimĩtudinẽ recitat Ualerius li. vi. de q̃dam
vetula q̃ oꝛabat deum pro vita Dioniſii ty-
F ranni. A q̃ cuz ille q̃reret. Quo merito ſuo
hoc ipſa faceret: Rñdit. Qñ eram puella
grauẽ habuim⁹ tyrannũ. Carere eo cupi-
ebant. Quo interfecto: deterioꝛ arcem oc-
cupauit. Ei⁹ q̊qꝫ finiri dñationẽ cupiebãt.
Tertiũ te inopoꝛtunioꝛẽ ſuꝑ omnibus hr̃e
cepimus rectoꝛez. Timeo itaqꝫ ſi tu fueris
aſſumpt⁹ ꝙ deterioꝛ in locũ tuũ ſuccedat.
¶ Tertiũ documẽtũ. Auctoꝛitas papalis ĩ
magna auctoꝛitate excellit imperialẽ. vtz.
xcvi. di. c. Duo ſunt q̃b⁹ hic mũdus ꝑncipa
liter regitꝛ. vt ſcribit Gelaſius papa Ana-
ſtaſio imꝑatoꝛi. ſ. auc̃tas ſacra pontificuz:
⁊ regalis ptãs: in quibns tanto graui⁹ eſt
pondus ſacerdotũ: quãto etiã ꝓ ipſis regi-
minibus hoĩm in diuino examine redditu-
ri ſunt rõnem. Et infra. Aurũ non tam pꝛe-
cioſius plumbo eſt: q̃ꝫ regia ptãte ſit altioꝛ
oꝛdo ſacerdotalis. Jdẽ ptz de ma. ⁊ obedi.
c. ſolite. Ubi papa ſcribit imperatoꝛi. Noſſe
inquit debueras ꝙ deus fecit duo lumina-
ria magna in firmamento celi. Luminare
maius vt pꝛeeſſet diei. Luminare min⁹ vt
ꝑeſſet nocti. Utrũqꝫ magnũ: ſed alterũ ma-
ius. Ad firmamẽtum q̊ celi hoc eſt vr̃is ec-
cleſie: fecit deus duo luminãria magna. i. G
duas inſtituit dignitates: q̃ ſunt pontifica-
lis auc̃tas ⁊ regalis ptãs. Sed illa q̃ pꝛeeſt
dieb⁹. i. ſpũalibus maioꝛ eſt. Que vero car
nalib⁹ minoꝛ. Ut quãta eſt inter lunam ⁊ ſo
lem: tanta inter põtifices ⁊ reges differen
tia noſcatꝛ. Hec ibi. Jdem ptz in multis ex-
emplis ĩ aĩa ⁊ coꝛꝑe. Jtẽ papa habet coꝛo-
nare imperatoꝛẽ ⁊ inũgere. vtz de electio-
ne. c. venerabilẽ. Sequitꝛ ꝙ magis eſt obe-
diendũ ſummis põtificib⁹ q̃ꝫ imperatoꝛib⁹
aut regib⁹ aut ducib⁹: qꝛ nõ imperatoꝛibus
aut regibus dictũ eſt: ſed petro. Tibi dabo
claues regni celoꝝ ⁊c̃. Jtẽ nõ imꝑatoꝛib⁹
aut regib⁹ dictũ eſt. Accipite ſpm̃ ſanctum
q̊ꝝ remiſeritis pctã ⁊c̃. vt patet Jo. xxiiii.
¶ Quarto debem⁹ obedire ꝑlatoꝝ volun
tati rõne ꝓfeſſionis. Jõ dicit Aug. in regu
la. Prepoſito nr̃o tanq̃ꝫ prĩ obediatur: mul
to magis ꝑſbytero qui oĩm nr̃m curã gerit
ad Heb. xiii. Obedite ꝑpoſitis vr̃is. Jpſi
eñ peruigilãt q̃ſi rõnem reddituri pro ani-
mabus vr̃is. Tales tenentꝛ obedire ad que
per votũ ſe obligauerũt: vt ſunt omnes re- H
ligioſi. De his Hugo in li. de clauſtro aĩe.
Leuioꝛ eſt laboꝛ clauſtri q̃ꝫ caſtri: ⁊ tamen
plus timetꝛ. Leuius eſt põdus tunice q̃ꝫ lo-
rice. Tuti⁹ eſt clauſtrũ q̃ꝫ caſtrũ. Tuti⁹ ẽ ab
batis obedientia q̃ꝫ regis iuſſio. Hec inter
gladios mittit illa pericula vitat. Hec ille.
Sciendũ ꝙ ſm̃ beatũ Auguſtinũ tria ſunt
genera monachoꝝ. vtz in ſmone de gene-
ribus monachoꝝ. Unum eſt genus cenobi
tarũ qui in cõgregatione pariter habitan-
tes vnius ſenioꝛis iudicio gubernãtur. Et
dicti ſunt ſm̃ papiam. a cenon qð eſt cõmu-
ne latine. Jnde cenobite dicuntꝛ quaſi ĩ cõ-
mune viuẽtes: qꝛ in talibus ꝑmo debet eſſe
cõitas localis habitationis: ſcðo ſpũalis
vnionis. Et tertio tẽpoꝛalis poſſeſſionis.
Primo debet eſſe vnitas localis cohabita-
tiõis. ſ. monaſteriũ. Cuius initiũ venit ab
apl̃is: qꝛ ſimul habitauerunt in hierl̃m in
cenaculo grandi ꝑſeuerantes in oꝛone cũ
mulieribus ⁊ maria ⁊c̃. Tales grauitꝛ pec-
cant q̃ ab hac ſctã cõione recedunt. Cuius
pctĩ grauitas ptz ex multis: q̃a excõicatus
eſt tam a canone ſi habituz dimiſerit: q̃ꝫ ab
oꝛdine: etiã ſi habituz retinuerit. Scðo in-

utilis eſt ad vitam eternam obtinendã. Ju
A xta illud euangelij. Nemo mittens manum
ad aratrum ⁊ reſpiciẽs retro aptus eſt re-
gno dei. Quĩ ſicut piſcis ſine aqua: ſic mo-
nachus ſine monaſterio caret vita. vt legi-
tur. xvj. q. j. c. placuit. Sed quia apoſtoli a
quib⁹ incipit talis cõmunio: non ſp̃ habita
uerunt ſimul: imo ſicut legit̃ in actib⁹ apl̃o-
rum: ipſi diſp̃gebant̃ p̃ totũ mundũ ad pre-
dicandũ verbũ dei: ⁊ tñ eoꝝ cõio non fuit
diſſipata. Sic in propoſito aliqui frẽs r ite
exeũt de monaſterio: nõ tamẽ recedunt ab
hac cõione ſeruatis q̃nq̃. Primũ eſt ſi ſemp̃
retineat̃ anim⁹ ad reuertẽdũ. Si quis au-
tem anio non redeũdi exiret: proculdubio
eſſet apoſtata. ¶ Scd̃m eſt vt cauſa legiti-
ma pretendat̃. Non enĩ ex quacũq̃ leui cã
religioſus debet exire monaſterium: ſed p̃
negocio cõmuni conuentus ſeu pro queſtu
aut ad predicãdum. Simile eſt de monia-
libus. ¶ Tertium eſt vt licentia ſuperioris
habeatur. Aliter eſſet ſicut membrum ab-
ſciſum. ¶ Quartum eſt vt a prelato ſibi ſo-
B cius adiũgat̃: ⁊ ex hoc prelatus ſaluat eũ
vt nõ ſit extra collegiũ vel congregationez
cum duo faciãt cõgregationẽ. vt patet ex-
tra de elect. c. j. et tres collegium. ff. de ver
bo. ſigni. l. neratius. Jdeo Aug. volens ſu-
os fratres nunq̃ eſſe ſine collegio dixit in
regula. Nec eant ad balnea ſine quacunq̃
neceſſitate: niſi ſint duo vel tres. Alia ra-
tio hui⁹ eſt: vt ſe inuicem cuſtodiant. Jdeo
ait Auguſtin⁹. Quãdo eſtis in eccleſia vel
vbicunq̃ femine ſunt: inuicem veſtrã pudi-
citiam cuſtodite. Tertio vt frater ſue caſti-
tatis teſtem habeat. Sic dixit quidaz puer
aſſociatus ſeni. Qui ſenex ait. O puer ad
quid veniſti? Reſpondit. Ueni vt ſim teſtis
probitatis ſocij mei. Secũdo debet in illis
eſſe cõmunio temporalis poſſeſſionis. De
qua Actuuz. iij. Nec quiſq̃ eoꝝ poſſidebat
aliquid: nec ſuũ eſſe dicebat: ſed erant illis
omnia cõmunia. Sed olim in collegio apo
ſtolorũ fuit vnus fur. ſ. Judas. Sed nunc
eſt in cõmunitate quorundã religioſoꝝ vix
vnus Petrus: ſed bene plures fures. Et il-
li ſunt peiores q̃z Judas. Tertio ibi debet
eſſe cõmunitas ſpũalis vnionis. vnde Au-
guſtinus. Quid p̃deſt ſi nos continet vna

domus: ⁊ ſeparat diuerſa volũtas? Opor C
tet enĩ in vnũ ſim⁹ cõgregati corporaliter
⁊ ſimul habitemus ſpũaliter. Non aliquis
locus facit hominez ſanctum. xl. diſt. capi.
Jllud. ps̃. Ecce q̃z bonũ ⁊ q̃z iocundũ: habi
tare fratres in vnũ. Ur. de Auguſt. in regu
la. Sit vobis cor vnum ⁊ anima vna in do
mino. Hic eſt rectus ordo viuendi. Primo
vt ſit voluntas vna. Deinde concors vita.
Si ego volo facere voluntatem meam ⁊ il
le ſuam: tunc fiunt diuiſiones ⁊ oriuntur li
tes. Secũdũ genus monachoꝝ eſt heremi
tarũ: cuius p̃ncipes Paulum ⁊ Anthoniũ
nouim⁹ fuiſſe ad imitationẽ Joãnis bapti-
ſte: qui in heremo tota etate permanſit. A
quo incepit in nouo teſtamento ordo here-
mitaruz. vt patet. ij. q. vij. §. vltimo. Tales
tenent̃ obedire ep̃is ne videant̃ acephali.
diſt. xcij. c. nulla. ⁊. c. ſequenti. ⁊. xj. q. iij. ſi
aũt. Talis aut eſt deus aut beſtia. Dubita-
tur: vtruz ſit p̃fectius viuere in heremo: q̃z
in cõmuni vita fratrũ ſub vno prelato? Re-
ſpondet̃ q̃ multo ſecuri⁹ eſt viuere in com- D
muni vita fratrum p̃pter quatuor. Primo
ex ſancta inſtructione. Juxta illud. Cum
ſancto ſanctus eris: quia faciliter poteſt ſo
litarius incidere in errorem: ⁊ quis talem
tunc informaret? Unde Hiero. ad Ruſti-
cum monachum. Mihi inquit placet vt ha
beas ſacrum cõtuberniũ. Jn ſolitudine ci-
to ſubrepit ſuperbia: dormit hõ quando vo
luerit: nullum veret̃. Tu aũt in cõmunita-
te q̃ viuis: nõ facis qđ vis. Comedis quod
iuberis: ſubijcieris cui nõ vis. ¶ Secundo
p̃pter morum directionez. Nam exemplis
⁊ moribus alioꝝ corrigunt̃. Salomon. Ue
ſoli: quia ſi ceciderit: nõ habet ſubleuantẽ.
Nemo bene cognoſcit defectus proprios.
¶ Tertio in orationũ exauditione. Uñ ſal-
uator inquit Joan. xviij. Si duo ex vobis
⁊c̃. Et ſubdit. Ubi duo vel tres ⁊c̃. Si hoc
de duob⁹ vl̃ tribus dictũ eſt: quãto magis
in multoꝝ cõgregatione. Sequit̃ correla-
rie: q̃ melius eſt dicere horas canonicas
in cõgregatione fratrũ in eccl̃ia: q̃z ſeorſuz
ſicut patet in carbonibus bñ coadunatis q̃
bene ardẽt. ¶ Quarto in tentationum ſu-
peratione facilius hõ ſupat tẽtatiões dia-
boli in cõgregatione. Uñ Hiero. ad Ruſti-

E cum monachū: ſcribens de quodaꝫ fratre qui ex induſtria patrū fuit liberatus a maxima tentatione: ⁊ ſubdit. O ſi ſolus fuiſſet: quo adiutorio ſupaſſet? q̄ſi dice. Nullo Cōuenit ꝙ vita illa pfectis. vt fuit Joānes baptiſta ⁊ Paul⁹ ⁊c̄. Tertiū gen⁹ eſt ſarabaytaꝝ. Hi foris ꝑdicabant paupertatem. Nullā egeſtatē portare volentes. In cunctis ſuis opibus q̄rūt laudari ⁊ venerari. Corpa foris deſpectis veſtib⁹ tegūt: ſꝫ intus ad carnē purpura induunt. In cinere ꝑdicāt ſe iacere: ſed in palatijs mollia ſtrata nō deſpiciūt. Angelicā faciē foris oſtendūt: ſꝫ lupinā eos intus h̄re nō dubitam⁹. Tales nulli⁹ ſenioris volūt ſubdi imperio. Tales nūc plures h̄nt imitatores q̄ falſum nomen portāt religioſoꝝ ꝑdicātes pauptatem: ⁊ ſummo ſtudio captāt rerū ꝓſperitatem: foris religioſi: ſed intus lupini: oīno ſiſes ſepulchris dealbatis. De quibus mathei. xxiij. Ue vobis pharisei qui predicant ſobrietatem: ⁊ ſunt ipſimet guloſi: predicāt continentiam: ⁊ ſunt luxurioſiſſimi ⁊c̄. Potius deberet homo pueruꝫ ſuum iugulare:
F q̄ꝫ portare ad tale clauſtꝝ vbi eſſet vita diſſoluta. Aut ponere filiam ſuam ad ꝓſtibulum: q̄ꝫ ad clauſtrū monialiuꝫ vbi eſt mala vita. Et qui ſuadēt alicui ꝙ intret clauſtrū non reformatū: peccāt mortal'r. Patet per dictū nr̄i ſaluatoris dicentis. Math. xxiij. Ue vobis ſcribe ⁊ pharisei q̄ circuitꝭ mare ⁊ aridā vt faciatis vnū ꝓſelitū: ⁊ cū fact⁹ fuerit facitis eū filium gehenne. Ad lr̄am pharisei currebant ꝑ mare ⁊ terram predicando ⁊ aliquē gentilem ad eoꝝ ritū inducendo qui dicebat ꝓſelitus: qui in mala vita eos ſectabat ⁊ fuit dāatus. Sic faciūt quidā religioſi qui quoſdam ſimplices alliciunt ad eoꝝ malā vitam ⁊ ſic cū eis damnant ⁊c̄. ¶ Quinto debem⁹ obedire parētū dignitati: rōne ꝓpagationis. ad Coloſ. iij. Filij obedite parentibus ꝑ oīa. Dicit ſanctus Thom. ij. ij. q. ciiij. arti. v. ꝙ in his que ꝑtinēt ad corꝑis ſuſtentationē ⁊ ꝓlis generationē non tenentur nec ſerui dominis nec filij parētibus obedire vicꝫ de matrimonio cōtrahēdo vel virginitate ſeruāda. Sed in his q̄ pertinent ad diſpenſationē actuū ⁊ rerum humanarū tenet ſubdit⁹ ſupiori obedire ſm̄ rōnē ſupioritatis: ſicut
G miles duci exercitus in his q̄ ꝑtinēt ad bellū: ſeruus dn̄o in his q̄ ꝑtinēt ad opa ſeruilia exequenda. Fili⁹ pr̄i ī his q̄ pertinēt ad diſciplinā vite ⁊ curā domeſticā. Dicit eñ Seneca in. iiij. de bn̄ficijs. Errat ſi q̄s eſtimat ſeruitutem in totū hoīem deſcendere. Pars eñ melior excepta eſt. Corpa obnoxia ſunt ⁊ deſpecta: animus q̄dem me⁹ eſt ſui iuris. Jō in his q̄ ꝑtinent ad interioreꝫ motum volūtatis hō nō tenet obedire hoī ſed ſoli deo: q2 oīes hoīes natura ſunt pares in his q̄ ꝑtinēt ad corporis ſuſtentationē ⁊ ꝓlis generationē. Jō in his non tenētur ſerui dn̄is obedire nec filij parētibus. hec Thomas vbi. s̄. De obedientia filioꝝ nota in primo ſermone huius ꝑcepti.

¶ Honora patrem ⁊ matrem.

DEcio peccāt ꝯtra illud ꝑceptū oēs illi q̄ nō curāt excōicatiōes ꝑlatorum eccl'ie: contra illud q̄d dr̄ Mat. xviij. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Et q̄dcūq3 ligaueris ſup terrā erit ligatū ⁊ in celis: ⁊ quodcūq3 ſolueris: erit ſo. ⁊c̄. Has claues
H diffinit magr̄ ſniaꝝ li. iiij. diſt. xviij. dicens ꝙ clauis ē ꝑtās ligādi ⁊ ſoluēdi. Quia eccleſiaſticus iudex dignos pōt recipe ⁊ indignos excludere a gloria. Has dn̄s dedit petro ⁊ oībus ep̄is mediante Petro. vt ptꝫ xxij. di. c. oēs. vbi dr̄. Chr̄s ſolus eccleſiaꝫ fundauit: ⁊ ſupra petrā fidei mox naſcētis erexit. Qui beato petro clauigero terreni ſimul ⁊ celeſtis impij iura cōmiſit. Jdeo papa ꝑ ſuis armis habet claues albas in rubeo clipeo: in ſignuꝫ ꝙ ſibi ſunt cōmiſſe claues ligandi atq3 ſoluendi. Notandum ſm̄ Scotū. iiij. ſen. diſ. xviij. ꝙ eſt duplex iudiciū. Primū eſt occultū q̄d chr̄s tāgit Mat. xviij. cum dixit petr⁹. Si frater ī me peccat quotiens dimittam ei? Uſq3 ſepties. R̄ndit chr̄s. Nō dico tibi ſepties ſed ſeptuageſies ſepties. In tali eñ foro idem eſt accuſator ⁊ reus. Scōm eſt iudiciū publicū. de q̄ etiam Math. xviij. Si peccauerit in te frater tuus corripe cum inter te ⁊ ipſum ſolū ⁊c̄. Sequit. Si eccleſiā non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. Tūc ſequit auctoritas cū dr̄. Quodcunq3 ligaueris ſuper terram ⁊c̄. Sed talis ꝑtās excōmunicandi

ñuñc minime curatur: qꝛ tam laici ꝙ̃ clerici
A nunc talibus cõicant: imo a clericis vilipen
ditur q̃a cõmunicãt cũ excõicatis ſine vere
cundia in mẽſa ⁊ in oſculo ⁊c̃. Jdõ hic tria
ſunt dicenda. Primo quare excõicatio eſt
maxime ab om̃ibus formidanda. Scd̃o in
q̃bus caſibus non eſt tenenda. Tertio qua
liter ſnĩa interdicti ſit obſeruãda. ¶ Dico
primo ꝙ excõicatio eſt timenda ꝓpter octo
rões. Primo quia eſt ictus gladij ſpũalis
q̃ magis eſt timẽdus ꝙ̃ materialis. De qui
bus gladijs Lu. xxij. Ecce duo gladij hic.
Naꝫ materialis ꝑcutit corpꝰ: ſpũalis vero
aĩam. Materialis ſepat corpꝰ ab aĩa: ſpũ-
alis vero aĩam a deo. Vñ Aug. Qui excõi-
catꝛ grauiꝰ eſt illi ꝙ̃ ſi gladio feriretꝛ ſi a fe-
ris deuoraretꝛ ⁊ ſi a flammis exureretꝛ. De
his gladijs dꝛ. xxiij. q. ij. ca. Interfectores
⁊ criminoſos ſpũali gladio non materiali
eccľiaſtica diſciplina ferire iubet. Tali gla-
dio excõicationis põt papa excõicare oẽs
malos reges ⁊ ꝑncipes. Quia chr̃s ſibi di-
xit. Quodcunqꝫ ligaueris ſup terrã ⁊c̃. Ex
B hoc ptꝫ falſitas illiꝰ qđ dicit ſpeculũ ſaxo-
nũ. clxxxij. c. ꝙ nec papa nec aliq̃s aliꝰ poſ
ſit impatorẽ excõicare niſi in tribꝰ caſibus:
ſcꝫ ſi dubitet in fide: ſi repudiet vxorem vel
deſtruat eccľias. Falſitas huiꝰ ptꝫ qꝛ btũs
Ambroſius eps̃ mediolañ. excõmunicauit
Theodoſiũ imperatorẽ ꝓpter ſubitã ſentẽ
tiã mortis. Et ibi non fuit aliq̃s caſuuꝫ. Et
ponitꝛ hiſtoria. xj. q. iij. c. cum apud Theſ.
Jtẽ Innocentius. iij. depoſuit Ottonẽ ter
tium: q̃a fidelitatẽ iuramenti qđ eccľie fece
rat non ſeruauit. Jtẽ Innocẽtius q̃rtꝰ ex-
cõmunicauit Fredericũ ⁊ euꝫ depoſuit: qꝛ
eadẽ res ꝑ q̃s cãs naſcitꝛ ꝑ eaſdem etiã de-
ſtruitꝛ. vtꝫ extra de re. iu. Sꝫ impatoꝛ fit ꝑ
electionẽ ⁊ pape cõfirmationẽ: vnctionem
⁊ coronationẽ: ḡ ꝑ eiꝰ depoſitionẽ etiã im-
peratoꝛ deponitꝛ. Item falſificatꝛ alius ar-
ticulus in eo. ſpe. poſitꝰ. c. xc. vicꝫ ꝙ excõi-
catio neminẽ ĩpediat a iure terre vľ feudi.
Oppoſitũ determinatꝛ de ſenten. ex. li. vj.
Decernimꝰ vt iudices ſeculares per cenſu
rã eccľiaſticã ab eccľiaſticis iudicibꝰ cano-
nica etiã monitione p̃miſſa repellere excõi
catos ⁊ ab agẽdo patrocinãdo ⁊ teſtifican
do in ſuis curijs ⁊ iudicijs cõpellantꝛ. Hec

Alexãder q̃rtꝰ. Nõ huiꝰ eſt ne ptãs ſecula- C
ris recipiat hunc: quem ſua mr̃ excludit vt
ſpũs eiꝰ ſaluꝰ fiat. Tenẽtes iſtos articľos
de facto ſunt excõicati. vtꝫ extra de ſentẽ.
excõ. c. nouerit. Clariꝰ eadeꝫ materia ptꝫ.
xcvj. c. duo ſunt. vbi dꝛ. ꝙ gelaſiꝰ anaſtaſiũ
impatorẽ excõicauit. Et Innocentiꝰ papa
ij. archadiũ impatorẽ. Nã leges impatorũ
q̃ ſunt ꝯtra canones nulliꝰ ſũt momẽti. vtꝫ
de teſta. c. cũ eẽs. ⁊ extra de no. op. nũc. c.
j. imo impatoꝛ oẽs leges ſuas ſubijcit cor-
rectioni apľice ſedis. vtꝫ in aut. đ ec. titu.
coľ. ix §. j. dubitatꝛ vñ excõicatio habuit oꝛ
tũ. Rñr. ꝙ habuit oꝛtũ ex q̃druplici lege. ſ.
Ex lege moſaica.
Ex lege euangelica.
Ex lege apoſtolica.
Ex lege canonica.
¶ Primo venit ex lege moſayca. vt patet
Deute. xxvij. ꝙ ſex tribus ſteterũt in mon-
te garizim ad maledicendũ. Et ſex in mon-
te gebal: vbi leuite ꝓnunciabant. Maledi-
ctus hõ qui facit ſculptiľe ⁊ cõflatile. Et re
ſpondit oĩs ppľs. Amẽ. Maledictꝰ qui nõ D
honorat patrẽ ⁊ mr̃em: maledictꝰ qui per-
uertit iudiciũ aduene pupilli ⁊ vidue. Rñ-
dit oĩs ppľs. Amen. vtꝫ. ibidẽ. ¶ Scd̃o ve-
nit ex ſtatuto euãgelico. Mat. xviij. Si ec-
cleſiã dei nõ audierit: ſit tibi ſicut ethnicus
⁊c̃. ¶ Tertio venit ex lege apľica. j. ad Co
rinth. v. quãdo apľs Paulus tradidit forni
catorẽ ſathane ad interituꝫ carnis vt ſpũs
ſaluus fiat. Jdõ dꝛ. xxiiij. q. iij. c. apľice. Qꝫ
excõicationẽ traxit eccľia ab apľo q̃ Corin
thum tradidit ſathane. Et. xi. q. i. c. omnis
⁊c̃. Et hoc quarto iam ex lege canonica.
¶ Scd̃o ideo eſt timenda: qꝛ excõicatus ſa
thane traditꝛ vtꝫ. xi. q. iii. c. Om̃is chr̃ianꝰ
qui a ſacerdote excõicatꝛ ſathane traditur
Quia extra eccľiam diabolꝰ eſt ſicut in ec-
cleſia chr̃us eſt. Ac ꝑ hoc diabolo traditꝛ q̃
excõicatꝛ. Vñ apľs. i. ad Coꝛ. v. Ego qui-
dẽ abſens corpe ſed p̃ns ſpũ: in virtute dñi
nr̃i ieſu chr̃i tradere iudicaui hmõi hoiem
ſathane. quia hãc ptãtẽ habuit apľs: vt cũ
aliquem a ſtulticia ſua nõ poſſet remouere
diabolo eum vexandum tradidit: quouſqꝫ
penitentiam a malo ageret. Hec gloſa ma
giſtri ibidẽ. ¶ Tertio eſt excõmunicatio ti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E menda: q̇a excōicatus eſt quaſi mēbruʒ ab-
ſciſum a corpore q̇ꝺ nullius valoris eſt. Un-
de Auguſt. ⁊ ponit̃. xj. q. iij. c. Nihil ſic for-
midare debet chr̃ian⁹: ꝙ̃ ſepari a corpore
chr̃i. Si em̃ ſepat̃ a corpe chr̃i iam non eſt
membrū eius. Si non eſt membrū eius iaʒ
non vegetatur ſpū eius. Hic etiam eſt ſicut
ramus a trunco abſciſus: qui ſtatim poſt
abſciſionē areſcit: ⁊ qui ad nihilum valet
niſi ad eternū ignē. Hoc patet ex euange-
lio: vbi dn̄s dicit. Ego ſum vitis vera: vos
palmites. Sed homo excommunicatus eſt
ſimilis palmiti abſciſo a vite. vnde Ezechi-
el. Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex
omnibus lignis nemorum que ſunt inter li-
gna ſiluarū ⁊c̃. Qꝫ autez talis auctoritas
p̄latoꝝ habeat magnam poteſtatē in ligan
do ⁊ ſoluendo: patet per tale exēplū. Qui-
dam comes fuit in Toloſa ciuitate: qui fu-
it fautor ⁊ receptor hereticorū. Et omnis
talis de facto eſt excōmunicatus vna cum
hereticis. Et quidā ſanctus abbas fuit ad
eundem comitē miſſus admonenduʒ eum.
Qui cū viro ſancto nollet acquieſcere nec
F excōmunicationem timeret: ſciens vir ſan-
ctus ꝙ cor pᷓuerſum verbis nō compungit̃
dixit comiti. Ut tu ⁊ tui videant factis ꝙ̃
infecta ſit aīa: q̄ vinculo excōicatiōis eſt in
nodata volo mihi apportare album panē.
Quo ſibi allato dixit. O panis licet tu nō
mereris: tn̄ vt in te oſtendat̃ fidei veritas
excōico te. Quo dicto panis inter manus
eius qui ante erat candidus mox niger fa-
ctus eſt. Quem p̄cepit ī duas partes diui-
di: ⁊ interius ſil̃r apparuit niger muſcidus
⁊ corruptus. Tūc ſubiūxit. Ut etiā ſciatis
virtutem abſolutionis: accepto pane abſol
uit eū: qui in priorem ſpēm ⁊ candorem eſt
reuerſus. Ergo bn̄ diffiniūt excōicationeʒ
dicētes: ꝙ eſt a cōione fideliū ⁊ a pceptio-
ne ſacroꝝ legitima ſepatio. Et eſt duplex
ſcʒ minor ⁊ maior. Minor eſt tm̄ a ſepara-
tione ſacroꝝ. Sed maior eſt a ſeparatione
ſacroꝝ ⁊ etiā a cōione fideliū ⁊c̃. ¶ Quar
to eſt timenda: q̇a excōicatus eſt q̄ſi lepro-
ſus qui ſeparat̃ ab alijs hoībus. Si ergo
lepra corpalis timet̃ ab hominibus: multo
magis ſpūalis. Ideo dr̃. xxiiij. q. iij. ca. Re-
ſecande ſunt putride carnes: ⁊ ſcabioſa
ouis a caulis repellenda eſt: ne tota dom⁹ G
maſſa ⁊ corpus ardeat ⁊ corrumpat̃. Ar-
rius fuit vna ſcintilla in alexandria: q̄ totā
illam patriā accendit. Sicut ergo leproſus
ſeparat̃ a cōſortio hoīm. vt ptʒ Nume. xij.
de maria ſorore moyſi: q̄ fuit ſepata a cōſor
tio hoīm: ⁊ ſic ē leproſus ſpūalis: ne alios
inficiat. Et in hoc eſt deterior alijs pctōri-
bus: q̇a cum alijs peccatorib⁹ licet loqui co
medere ⁊ orare: ſed non cū excōicato: quia
facimus peccatū mortale: quotiēs cum eo
oram⁹ in eccl̃ia: quotiens eū ſalutamus in
via: quotiens ſibi damus oſculū: quotiens
cū eo cōicamus in actib⁹ ciuilibus: ⁊ quo-
tiens cum eo in menſa comedim⁹: ⁊ ſi vale
dicimus. vt ptʒ in hoc metro. Os orare va
le cōmunio mēſa negat̃. Excipiunt̃ tn̄ aliq̄
caſus q̄ patent in iſto verſu. Utile lex humi
le res ignorata neceſſe. Utile. i. ꝑpter vti-
litatem ſuā. ſ. qn̄ loquit̃ de his ſecū q̄ perti-
nent ad abſolutionē vel ad ſalutem aīe ſue
licet alia ꝟba incidētaliter parat: vt magꝭ
ꝓficiat. Lex. i. mr̃imoniū: q̇a vxor eius eſt
excuſata: ſi pticipat cuʒ viro. Humile. filij
excuſant̃ a pticipatione pr̃is excōicati. Et H
hoc intelligit̃ ſm̄ Guilhelmum de filijs qui
adhuc ſunt ſub ptāte patris ⁊ ſunt cōmēſa
les. Sic etiā excuſant̃ ſerui ⁊ ancille: q̄ an-
te excōicationē fuerūt in ſeruitio illi⁹ excō
municati. Res ignorata. i. cū quis facit ꝓ-
pter ignorantiā. ſ. cum quis ignorat illum
eſſe excōmunicatum. Neceſſe. i. cuʒ viator
ambulat per terras excommunicatoꝝ vbi
oportet eū emere neceſſaria vite tunc excu
ſatur. Alij ſemꝑ peccant mortaliter: vt qui
cum illis bibūt aut edunt: ⁊ ſic de alijs. Si
em̃ hō ſciret ſe incurrere lepram corpora-
lem cū participatiōe vnius leproſi quantū
caueret: quāto magis debet q̇s cauere ī le-
pra ſpūali. ¶ Quinto excōicatio eſt timen-
da: q̇ꝛ excōicatus priuatus eſt om̄i auxilio
⁊ oīm bonoꝝ eccl̃ie q̄ in ea fiūt. Quā ptici-
pationē Dauid inſtanter petijt dicēs. Par
ticipem me fac deus oīm timentiuʒ te. Sic
ille priuatus eſt oīm miſſarū orationū fide
liū ⁊ ieiunioꝝ que fiūt in eccl̃ia dei. Quis
em̃ digne ſufficeret eſtimare valorē vnius
miſſe. Quid tunc de oībus q̄ per totū mun-
dū celebrant̃: ⁊ de om̄ibus bonis mūdi qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus ille excōicat⁹ carebit: ꝙdiu ꝑdurat in
A excōicatione: immo talis perit in corpore ⁊
aīa. Cui⁹ exēplū ptʒ in li. de illuſtrib⁹ viꝝ
ciſtercieñ. de q̊dam coruo: qui anulum cor-
beienſis abbatis furat⁹ fuit: ⁊ ſentētia ex-
cōmunicationis poſt furē promulgata fuit
Coruus ꝓ penas excōicationis luit vſq̃
ad deplumntionē: ⁊ appetitus comedendi
priuationē fere vſq̃ ad mortem. Quod ex
hoc patuit: quia anulo reperto in nidulo
ſuo: ⁊ relaxata ſententia: cepit ſtatim cor-
uus replumeſcere: ⁊ appetitum comedēdi
recupare atq̃ conualeſcendo reuiuiſcerē.
Sic hoc in volucre factum eſt: quid nō fiet
in hoīe? Sequit̃ corrolarie: ꝙ fatue loquū
tur tales laici qui dicūt. Iſte ſacerdos diu
debet me excōicare quouſq̃ frangat̃ mihi
aliquod os in corpe. ¶ Sexto eſt timenda
quia impedit abſolutionē pctōꝝ. vt patet
xxiiij. q. j. c. quicunq̃. vbi dicit Beda. Qui
cunq̃ ab vnitate fidei vel ſocietate Petri
⁊ Pauli quolibet modo ſemetipſos ſegre-
gauerint: tales nec a vīculis peccatoꝝ ab-
ſolui: nec ianuam pñt celeſtis regni ingre-
B di. Et hoc verum eſt ꝙdiu eſt excōicatus:
niſi in articulo mortis. vt patet. xvij. q. iiij.
c. Si quis ſuadente: quia ꝓpter pctm̄ mor-
tale excōmunicat̃: ſed nō pro quocūq̃ pec-
cato mortali: ſed pro cōtumacia. vt ptʒ. xj.
q. iij. epi. Hec em̄ contumacia eſt triplex.
Nam alia eſt non veniendo ad iudicium ꝙ
recepta citatione venire contēnit. Secun-
da: qr malicioſe ſeipſum occultat ſiue impe
dit: ne poſſit ad eum citatio venire. Tertio
quando citat⁹ ad iudiciū venit: ſed nō vult
ſtare iuri vel ante ſentētiā diffinitiuā perti
naciter recedit: talis ſemper eſt in peccato
mortali. Ergo ꝙdiu ꝑtinaciter retinet in-
obedientiā que eſt peccatū mortale: tādiu
non pōt abſolui a pctis. Sequit̃ correlarie:
ꝙ oēs inobedientes ecclie: vt ſunt heretici
pagani ⁊ ſic de alijs: non pñt abſolui a pec
catis: ⁊ ſunt fugiēdi tanq̃ mēbra putrida.
Exēplo Ioānis euāgeliſte. de q̊. xxiiij. q. j.
c. oīs. vbi dr̄ ꝙ q̊dam tpe cū Ioānes apud
epheſum balnea lauādi grā fuiſſet ingreſ-
ſus: ⁊ vidiſſet ibi cherinthū: exilijt cōtinuo
⁊ diſceſſit non lotus dicēs. Fugiam⁹ hinc
ne balnea ipſa corruāt: in qbus cherinth⁹
lauat̃ inimicus veritatis. Septimo excōi- C
catio eſt timenda: qr excōicatus ſi moritur
eius corp⁹ non pōt ſepeliri in cimiterio. vt
ptʒ. xxiiij. q. ij. c. Sane. vbi dicit Leo papa
doctor egregius. Quib⁹ viuis non cōmuni
cauimus nec mortuis cōicare debem⁹: imo
cimiteriū eſſet violatū. Itē ptʒ extra de ſe-
pul. ca. ſacris. Cōtigit modernis tꝑibus ꝙ
illius de forti brachio q̄ fuerat excōicatus
a papa martino: poſt mortem pape ab ami-
cis eius oſſa fuerūt exhumata ⁊ in eccl'ia
rome ſepulta. Sequenti nocte muri ecclie
intrauerūt terrā ad quātitatē homīs. Niſi
iſta oſſa fuiſſent ab eccl'ia ꝓiecta: tota eccl'ia
a terra fuiſſet abſorpta. Itē ptʒ li. ij. dialo.
de duabus monialibus excōicatis: q̄ ſemꝑ
tpe diuinoꝝ ſurrexerūt ⁊ exierūt eccliam.
vt ptʒ ibidē. ca. xxiiij. ¶ Octauo eſt timen-
da: qr corpus excōicati in terra iacens non
pōt in cinerez reſolui: qr ſicut eſt ligatus in
aīa: ſic etiā eſt ligat⁹ in corpe. ¶ Nono ex-
cōicatio eſt timēda: qr beſtie ⁊ aues excōi-
cationē fugiūt. Cuius exēplum legit̃ ꝙ pa D
pa Grego. nonus. quendā diuitē excōica-
uit: qui dū contēneret excōicationē pape:
tūc miraculo dei ciconie que nidificauerūt
ſuꝑ domū eius receſſerūt ⁊ nidū tranſtule
rūt ad domū alteri⁹. Qđ vidēs talis contu
max: admonit⁹ eſt a cognatis eius qui hoc
idē conſiderauerūt. Poſtea humiliauit cor
ſuū petens abſolutionē. Et quācito abſolu-
tus fuit a ſnīa excōicationis: tunc dicte ci-
conie redierūt: ⁊ nidum ſuū ſupra domuʒ
reportauerūt. Aliud exemplum legit̃: ꝙ in
eccl'ia ſancti Vincētij martyris multi paſ-
ſeres ſolebant intrare eccliam: ⁊ ibidē ſe-
dere ⁊ diuinū officiū impedire: cū aūt non
poſſent excludi: epūs loci eos excōicauit:
mortē cōminās eis ſi eccliam reintrarent.
Recedentes aūt nūq̃ eccliam intrauerūt
imo ſi qs capet aliquē violēter ⁊ ī eccliam
poſuiſſet: ſtatim moriebat̃. Timenda eſt er
go ſnīa prelatorū: qr dn̄s eis dixit. Quod-
cunq̃ ligaueris ſuꝑ terram ⁊c̄. ¶ Scđo di
cendū eſt: in quib⁹ caſib⁹ ſnīa non eſt timen
da. Rñr. in ſeptem caſibus. Primo ſi fer-
tur ſnīa a non ſuo iudice. vtʒ. xj. q. iij. c. ſen
tētia. Scđo ſi a ſuo iudice ſʒ excōicato. vt
ptʒ. xxiiij. q. j. c. audiuim⁹. Tertio ſi qs ex-

E cõicatꝛ a delegato ꝯtra itẽtionẽ delegãtis
vtꝫ de p̃ben.ca.finali. Quarto ſi ſnĩa conti
net intolerabileꝫ errorem: vt excõico te: q̃a
credis in deum: vel q̃a non fornicaris ⁊c̃.
Uel ſm̃ Ganfredum. Intolerabilis error
dr̃ quodlibet pctm̃ mortale. Et talis error
reddit ſnĩam nullaꝫ. Quinto ſi lata ſit poſt
legitimã appellationem. Sexto ſi feratꝛ a
ſuſpenſo a iuriſdictione. Septio qñ fertꝛ in
participantes nulla p̃miſſa monitiõe. vtꝫ
c.ſtatuimus.li.vj.de ſentẽ.excõ. Qui tali-
ter iniuſte excõicatꝛ: nõ debet timere ſnĩam
paſtoris. Sed dr̃ iniuſta adhuc q̃drupl̃r: ⁊
tũc adhuc ẽ timẽda. ſm̃ illd̃.xj.q.iij.c. Sen
tentia paſtoris ſp̃ eſt timẽda ſiue iuſta ſiue
iniuſta fuerit. Primo dr̃ ex aĩo iniuſto: vt
qñ cauſa rõnalis exprimitꝛ: nõ tñ ex zelo iu
ſticie ſed indignatiõis ⁊ inuidie vel odij fo
mite ab excõicatore ſnĩa ꝓmulgatꝛ vt patet
xj.q.iij.c.ira. ⁊.c.cũ medicinalis. li.vj.eo.
ti. Ideo tutũ cõſiliũ eſt ꝙ ſi q̃s offenditꝛ nõ
ꝑ ſe ſed per aliũ qui charitate moueatꝛ ſen-
tentiam ꝓmulget. Uel ſi per ſe hoc facere
vult: ad min⁹ non faciet hoc dum mouetur
F ſed ꝑmittat motũ cholericũ aliq̃ntulũ reſi-
dere. Scd̃o modo dr̃ iniuſta ex cauſa: quia
forte nulla pretenditꝛ in ſnĩa: vt in nouella
Innocẽtij. de ſen.excõi.c. cũ medicinalis.
Uel ſi p̃tenditꝛ non vera: vel ſi vera ſit: non
tamẽ eſt ſufficiẽs ⁊ rõnabilis. vtꝫ.eo.ti.c.
ſacro. Tertio dr̃ iniuſta ex ordine cum ve-
ra cauſa ⁊ rõnabilis p̃tenditꝛ ⁊ proferens
ex charitate mouetꝛ: attamen non preceſſit
monitio competens.ſ. trina monitio ſiue
vna ꝓ om̃ibus maxime in notorio. Quar-
to modo dr̃ iniuſta qñ non prefertꝛ in ſcri-
ptis ⁊ exẽplar ſcripture tenetꝛ tradere ex-
cõicator excõicato infra mẽſem ſi fuerit re-
quiſitus. vt patet libro.vj.eo.titu.cap̃.cum
medicinalis. In illis caſibus q̃uis iniuſta
ſit: tamen ſemper eſt timenda. Tertio di-
cendum eſt quomodo ſententia interdicti
eſt ſeruanda. Circa qd̃ notãdum: q̃uis cõ-
munitas non põt excõicari: tamẽ põt inter-
dici ⁊ hoc duplici rõne. Primo ꝓpter ſtatu
tum eccleſiaſticuꝫ. vt ptꝫ de ſen. excõ.li.vj.
ca. Romana eccl̃ia.i fine. vbi dicitꝛ. In vni-
uerſitatẽ vł collegiũ ꝓferri excõicationis
ſententiaꝫ penit⁹ ꝓhibemus: volentes ani
marũ vitari periculũ qd̃ inde ſequi poſſet cũ
nõnunq̃ꝫ cõtingeret innoxios hmõi ſenten- G
tia irretiri: ſed in illos dũtaxat de collegio
vel vniuerſitate quos culpabiles eſſe cõſti
terit. hec ibi. Scd̃o ꝓpter diuinũ iudicium
imitandũ. Gen̄.xix. Dixit Abraã. Domine
perdes iuſtum cũ impio: ſi fuerint ibi quin
quaginta iuſti nõ delebis ciuitatẽ. Rñdit.
Non delebo ꝓpter quinquaginta ⁊c̃. Põt
tamen interdici. Et interdictum ſm̃ Ray-
mundũ eccl̃iaſtica cenſura in penã cõtuma
cie vel offenſa lata arcens p̃cipue populuꝫ
ne cõmunicet ſacramẽtis: hoc eſt obſeruã-
dum t̃pe generalis interdicti: ꝙ hoĩes pñt
admitti ad penitentiã tam infirmi q̃ꝫ ſani:
dũmodo excõicati non fuerint: qui non ad-
mittuntur niſi in mortis articulo. vt ptꝫ de
ſenten.excõ.li.vj.ca.alma mater. Et.xvij.
q.iiij.ca.ſi quis ſuadente. Idem ptꝫ de pe-
ni. ⁊ remiſ.ca.qd̃ in te. vbi dicitꝛ ꝙ ad ſacra
mentum penitentie remittuntꝛ tam infirmi
q̃ꝫ ſani: ſed ad cõmunioneꝫ infirmi nõ ſani.
Secũdo ad ſacramentum baptiſmi ⁊ cõfir
mationis tam paruuli q̃ꝫ adulti admittun-
tur. vt ptꝫ de ſen.excõ.ca.reſponſo. ⁊ criſ- H
ma per ep̃m cõficitur.eo.ti.li.vj.ca.quoni-
am. Tertio non admittũtur infirmi ad ex-
tremã vnctionẽ nec eccleſiaſticam ſepultu-
ram: niſi ſint clerici vel exempti. vt ptꝫ de
peni. ⁊ remiſſ.cap̃.qd̃ in te. Quarto miſſa
⁊ alia diuina officia in eccleſia poſſunt ce-
lebrari: ianuis clauſis: campanis non pul-
ſatis: ſubmiſſa voce excommunicatis ⁊ in-
terdictis excluſis. vt patet de ſenten.excõ.
libro.vj.cap̃.alma mater. Exceptis quat-
tuor feſtiuitatibus: quia tunc poſſunt dici
diuina officia: ianuis apertis: cãpanis pul-
ſatis. vt patet ibidẽ vſq̃ꝫ ad veſperaꝫ inclu-
ſiue ſm̃ Joannem andree. ⁊ ſm̃ Guidoneꝫ
includitur completorium diei. Quinto nõ
poſſunt eſſe interdicti omnes in diuinis of-
ficijs: ſcilicet in aliquo loco: vbi celebrãtur
diuina. vt patet eo.titu.lib.vj.ca.ſi ſenten-
tia. vbi dr̃. Cuꝫ vero populus alicuius ter-
re interdicto innodatur ſingulares ex co
ꝑſone quas interdictas eſſe conſtat ne ſen-
tentia careat effectu: cuꝫ diuinoꝝ auditio
⁊ ſacramentoruꝫ perceptio populo in vni-
uerſo non competat: non debent alicui ca-

ſibus expreſſis a iure dūtaxat exceptis au
A dire diuina vl' eccleſiaſtica ſuſcipere ſacra
menta. Sexto non debent admitti ad diui
na familiares religioſorum ⁊ monaſterio-
rum. vt patet lib. vj. de priuilegijs. c. licet.
in fine. niſi ſuper hoc fuerint priuilegiati.
Septimo non debēt admitti ad diuina fra
tres ⁊ ſorores de tertia regula ſancti Frā-
ciſci. vt ptꝫ in cle. eo. titu. c. cum ex eo. niſi
ſint priuilegiati: ⁊ hoc ſub pena late ſnie.
Octauo oēs eccl'ie totiꝰ ciuitatis debēt
ſe cōformare matrici eccl'ie ſub pena excōi-
cationis late ſententie a qua niſi ꝑ ſummū
pontificē pñt abſolui. vtꝫ in cle. de ſenten.
excō. c. cū ex frequētibꝰ. Et hoc eſt verum:
niſi ſint priuilegiati ſicut nos. Nam poſſu-
mus admittere ad diuia nr̄os iuratos fra-
tres tp̄e interdicti: qꝺ ptꝫ in quodā priuile-
gio noſtro a ſede ap̄lica nobis collato.

¶ Honora patrem ⁊ matrem.

Nadecimo peccāt ꝯtra illud p̄ceptū
q̄ nolūt ſemel ad minꝰ ī anno cōfite-
ri ſuo ꝓprio ſacerdoti eoꝝ pctā. de
B quo ait pſ̄. Sicut miſeret̄ pr̄ filioꝝ: miſer-
tus eſt dñs timētibus ſe. Sed diceres. Vn̄
venit ꝙ pctā nr̄a debemꝰ confiteri. Rn̄r. ꝙ
venit ab Adam. Vn̄ Grego. iiij. moralium.
Primi parentes ad hoc requiſiti fuerūt vt
pctm̄ qꝺ trāſgrediēdo cōmiſerāt cōfitendo
delerēt. Vn̄ ⁊ ſerpens ille ꝑſuaſor malorū
q̄ non erat reuocandus ad veniā: de culpa
non eſt req̄ſitus. Interrogatꝰ itaq; hō vbi
eſſet: vt ꝑpetratā culpā aſpiceret ⁊ cogno-
ſceret q̄ꝫ longe a conditoris ſui via abiſſet.
Sed adhibere ſibimet vtiq; defenſionis ſo
latia q̄ꝫ confeſſionis elegerūt. Cunq; excu-
ſare pctm̄ voluit vir per mulierem: mulier
per ſerpentem auxerunt culpam: quā tue-
ri conati ſunt. Hec Gregorius. Alij dicunt
ꝙ venit a Cayn. Geneſ. iiij. Cum dominꝰ
dixit ad Cayn. Vbi eſt Abel frater tuus.
Debuiſſet confiteri peccatum ſuum: ſed di-
xit. Neſcio? Nunq̄d cuſtos fratris mei ſum
ego? De peniten. diſtin. j. ca. ſerpens. vbi
dicitur. Deniq; Cayn qui voluit crimē ne-
gare indignus iudicatus eſt qui puniretur
in peccato. Et ſm̄ magiſtrum in hiſtorijs
cōmiſit ſeptem peccata. Nota ibidem. Alij
dicunt ꝙ incepit tp̄e ioſue: qn̄ p̄cepit achor

vt cōfiteret̄ qꝺ acceperat de anathemate. C
vt ptꝫ Joſue. vij. Alij dicunt ꝙ incepit ī ve
teri teſtamēto. Eſa. xliii. Dic tu iniq̄tates
tuas vt iuſtificeris. pſ̄. Dixi cōfitebor ad-
uerſum me iniquitates meas: ⁊ tu remiſi-
ſti iniquitatē pcti mei. Sed in veteri teſta-
mento fuit ſolū deo ⁊ nō homini cōfitēdū
quēadmodū iudei adhuc ſeruant. Sed in
nouo teſtamēto cōfiteri tenemur deo ⁊ ho
mini: quod venit ex triplici ſtatuto: ſcꝫ

Ex ſtatuto dominico.
Ex ſtatuto apoſtolico.
Ex ſtatuto eccleſiaſtico.

Primo venit ex ſtatuto dn̄ico: quia chr̄us
poſtq̄ꝫ mundauit leproſum: dixit ei. Vade
oñde te ſacerdotibꝰ ⁊ offer munus ⁊c̄. vtꝫ
Mat. viii. Dubitat̄ vtꝝ ꝯfitēs debet aliq̄d
offerre ſacerdoti vel ſi etiaꝫ tenet̄? Rn̄r. ꝙ
nō: q̄a dr̄ extra de ſimo. Sacramenta ſunt
libere recipienda: ⁊ libere ſunt ꝑ miniſtros
cōferēda. Offerre igit̄ ſacerdoti aliq̄d cui
confitet̄ hō pōt intelligi dupl'r. Primo pro-
pter ſacramenti emptionem vel pactionē: ⁊
ſic illicitū eſt ⁊ dānoſum ⁊ ſue damnatiōis
D ſnīam recipit cū ſimone mago a beato Pe-
tro ap̄lo: a q̄ audiuit. Pecunia tua tecū ſit
in ꝑditionē: donuꝫ dei poſſidere ⁊c̄. Scd̄o
ꝓpter ipſius miniſtri ſuſtentationē. Nā mi-
niſtri ſacramētoꝝ ꝑ eoꝝ adminiſtrationē
viuere debent. Quia ꝓpriis ſtipendiis nul
lus militare tenet̄. Vn̄ Nume. xviii. pro ſu-
ſtentatione ſacr̄oꝝ decime fuerūt ordinate
vt dicit dñs filiis Leui. Dedi omnes deci-
mas ⁊ poſſeſſionē miſterio q̄ ſeruiūt mihi
in tabernaculis: ⁊ ipſi portabūt pctā popu-
li mei. Vn̄ illi miniſtri qui nec decimas nec
aliquos redditus a ꝓp̄lo recipiunt: licite ꝑ
adminiſtratiōe ſacr̄oꝝ pñt aliq̄d accipere
in ſuſtentationē vite ipſoꝝ: vt ſunt religio-
ſi paupes ⁊ p̄ſbyteri coducti in eccleſiis: q̄
bus non dat̄ niſi q̄ a ꝓp̄lo gratis offerunt̄.
Talibus em̄ curiale eſt quodāmodo ⁊ de-
bitū aliq̄d eis offerre: cū ab eis aliquod ſa-
cramentū accipit̄ ad ſuſtentandā vitā ipſo
rum. Secundo ptꝫ hoc idem per hoc quod
dicit̄ Joānis. xx. Vbi dixit dñs apoſtolis.
Accipite ſpm̄ſanctū: quoꝝ remiſeritis pec-
cata ⁊c̄. Item Math. xviii. Tibi dabo cla
ues regni celoꝝ ⁊c̄. Vtile eſt confiteri pro-

E pter multa. Primo ratione congruitatis:
quia in veteri teſtamēto deus nō fuit hō:
ergo ſufficiebat cōfiteri deo ſolū. Sed nūc
de⁹ fact⁹ eſt hō: ğ oportet nos cōfiteri deo
ꝛ hoī. Secūdo rōne vtilitatꝫ qꝛ vtile eſt rō-
ne pctī cognitionis. Quia pctōꝛ aliqñ cre-
dit aliqđ pctm̄ eſſe veniale qđ eſt mortale.
Jđō ē vtile vt ſup̱ his inſtruat̃ a legiſperito
q̄lis debet eſſe ſacerdos. Deut. xxij. Aſcē-
de ad locū quē elegerit dñs deus tu⁹: veni
eſq̄ꝫ ad ſacerdotem leuitici generis ꝛ que-
rens ab eis ꝛ illi indicabūt tibi veritatem.
Tertio eſt vtile ꝓpter celerē pctī remiſſio-
nē ꝛ eius maioris ſatiſfactionē q̄ fit in ve-
recūdiā ꝛ cōfeſſionē qñ cōfitēs hoī ꝯfitet̃.
Eccli. iiij. Quarto eſt vtile ꝓpter pctī dimi
nutionē q̄ fit ex vi clauiū. Poteſt em̄ ſacer-
dos aliq̄d relaxare quod fit ex vi clauium.
Quinto ꝓpt̃ gr̄e augmētationē ꝛ ſacerdo
tis interceſſionē: qꝛ gr̄a infuſa in contritio-
ne frequēter augmētat̃ in cōfeſſiōe ꝛ ꝯfeſ-
ſoꝛ tenet̃ oꝛare p̱ ꝯfitēte. ¶ Scđo venit ex
p̄cepto apl̄ico Jaco. v. Cōfitemī alterutꝛ
pctā vr̄a. Vñ Hugo de ſctō Victore. Plus
F em̄ facit q̇ ſeruo hūiliat̃ ꝓpt̃ deū q̄ꝫ ipī deo
ſoli. Jđō cōgruebat tp̱e gr̄e ꝙ pctōꝛ cōfitere
tur non ſolū deo ſed etiā homini. Hec ille.
¶ Tertio venit ex precepto eccl̄iaſtico. vtꝫ
extra de pe. ꝛ re. c. Oīs vtriuſq̄ꝫ ſex⁹ fide-
lis ꝛc̄. Rō huius ſtatuti eſt triplex. Prima
eſt generalis. ſ. indigentia: qꝛ oēs peccaue-
runt ꝛ egent gr̄a dei. Jđō q̄libet debet gloꝛi
ficare deū cōfitēdo ꝛ dicēdo ſe eſſe pctōꝛē.
Scđa ratio eſt ſpecialis: ſcꝫ reuerentia ſa-
cre cōmunionis: quia om̄es tenent̃ ſub pre
cepto cōmunicare ſcꝫ paſche. vt patet ī ea-
dem cōſtitutione. Jdeo primo debēt ſe pur
gare a pctīs p̱ confeſſionē ne indigne acce
dant ꝛ iudiciū ſibi manducēt ꝛ bibāt. j. ad
Coꝛ. xj. Tertio eſt ſingularis. ſ. vt habea-
tur diſcretio gregis dñice. Ne lupi. i. infi-
deles ꝛ heretici inter agnos. i. fideles lati
tent. Jgit̃ qui non confitent̃ quaſi heretici
ꝛ īfideles habeant̃. Ergo dicit p̄mo. Oīs
vtriuſq̄ꝫ ſexus: quia tales ligant̃ ſacramen
tis eccleſie fidelis: quia non baptizati non
ligant̃ huic cōſtitutioni. vt patet de diuoꝛ-
tijs. ca. gaudemus. Nec etiam cathecumi-
ni. Sicut em̄ ad fidem non ſunt compellen
di: ita nec ad alia ſacramenta: cum baptiſ- G
mus ſit ianua oīm ſacramentoꝝ. vt patet
de bap. ꝛ eius affec. c. maioꝛes. Dic q̄ non
habet baptiſmū nō eſt ſuſceptiuus alicui⁹
ſacramenti. Scđo qꝛ ante annos diſcretio-
nis nō tenent̃: qꝛ dicit poſtq̄ꝫ ad annos di-
ſcretionis p̱uenerit: qꝛ al̃s actualia pecca-
ta non habent: niſi ſint doli capaces: ergo
nec ante cōfiteri tenent̃. vt patet de cō. diſ.
iiij. c. a paruulo. Jdem de furioſis ꝛ amen
tibus. Tertio cōfeſſio nō eſt diuidenda: q̇a
dicit omnia. Nā non debet dicere vnā par-
tem vni ſacerdoti ꝛ aliaꝫ alteri: vel aliqua
tacendo cōfiteri: quia hypocriſis eſſet: tuꝫ
etiam quia mendax videretur. Debet ergo
primo cogitare antequā vadat ad ſacerdo
tē quid in iuuentute fecit: in adoleſcentia:
in tali loco: in tali tp̱e: cum tali perſona: et
tūc oīa ſimul euomere. Quarto debet eſſe
ſecreta: quia dicit ſolus ꝛ nō alius. i. nō cū
alio non p̱ nunciū: non per ſcripturaꝫ. Du-
bitat̃ vtrū liceat alicui cōfiteri ſcripto. Re-
ſpōdit Ceſarius ꝙ non: niſi in neceſſitate:
vt ſi homo loqui non poſſet: qꝛ oꝛe cōfeſſio
fit ad ſalutem: qꝛ qui ſemel pctā ſua oꝛe fue H
rit cōfeſſus poſt ſcripto ſe amplius confun-
dere poterit ſicut penitēs. Sicuti ſanctus
Aug⁹. feciſſe legit̃ in li. cōfeſ. Tunc obijcit
diſcipulus: quid eſt qđ de Karolo impato
re legimus in vita ſancti Egidij. Jdem dı̄
in ſpeculo hiſtoꝛiali li. xxiiij. Cum ſanctus
Egidius veniſſet ad p̄ſentiā regis Karoli:
eū reuerēter ſuſcepit. Quē īter cetera ſalu
tis colloq̇a rogauit rex: vt p̱ ipſo dignare-
tur oꝛare: qꝛ q̇ddā enoꝛme facinus cōmiſe-
rat qđ nulli vnq̄ꝫ aut ipī auderet confiteri.
Sequenti aūt dñica cū egidius celebraret
p̱ rege oꝛauit. Cui angelus apparēs cedu
lam ſup̱ altare poſuit: in qua ſcriptum erat
regis pctm̄ p̱ oꝛdinē: ꝛ egidij p̄cibus ei eſſe
dimiſſum ſi tamen penitēs ꝛ cōfitens ab il
lo deinde abſtineret. Adiunctumq̄ꝫ erat in
fine ꝙ quicunq̄ꝫ ſanctuꝫ Egidiū inuocaret
p̱ quocunq̄ꝫ cōmiſſo: ſi tñ ab illo deſiſteret
eius meritis ſibi remiſſum non dubitaret.
Oblata igit̃ regi cedula ꝛ pctō ſuo cogni-
to veniā poſtulauit. Dicit Ceſarius vbi. ſ.
ꝙ diuina miracula nō ſunt imitāda: ſed po
tius admirāda: vt ſi q̇s vellet ſua p̱ctā ſcri-

bere in cartula ⁊ eã tradere ſacerdoti: non
A valeret. Legim⁹ tñ hoc factũ fuiſſe ꝓpter
cãm rationabilẽ ⁊ iuſſu ſacerdotis. Sicut
idẽ Ceſari⁹ dicit diſt. ij. c. x. ꝙ anno domi-
ni. mcxcix. erat Pariſius quidam iuuenis in
ſtudio: q̃ ſuggerẽte humani generis inimi-
co q̃dam pctã cõmiſerat. Que obſtãte eru-
beſcentia nulli homi cõfiteri potuit. Cogi-
tans tñ q̃ malis ꝑparata ſunt tormenta ge
hẽne: ⁊ q̃ bonis abſcõdita ſunt gaudia per
hennis vite: timẽs etiã quotidie iudicium
dei ſup ſe: int⁹ torquebat̃ morſu ꝯſcie ⁊ fo-
ris tabeſcebat in corpore. Quid plura miſe
rante deo in adoleſcente timor ille ſeruilis
verecundiã vicit: veniens ad ſctm̃ Victorẽ
priorẽ vocauit. Qui ſtatim venit ad locum
ꝓ cõfeſſione deputatũ. Mira res tantã cõ
tritionẽ miſericors deus cordi eius cõtulit
vt q̃tiẽs incipet cõfiteri: totiẽs ſingultibus
intercepta vox deficit. In ocl'is lachryme
ſuſpiria in pectore: ſingultus in gutture.
Hec vt vidit prior dicit ſcholari. Vade ⁊
ſcribe peccata tua i cedula: ⁊ defer ad me.
Placuit cõſilium. Iuuenis abiit ⁊ ſcripſit:
altera die rediit. Et ſi cõfiteri poſſet iteruꝫ
B tentans ſꝫ vt ꝑus defecit. Et cũ nihil profi-
ceret: cedulam priori porrexit. Legit prior
⁊ obſtupuit: dixitq; iuueni. Non ſufficio ti-
bi ſolus dare cõſiliũ: vis vt oñdã abbati et
licentiauit eum. Venit prior ad abbatẽ ⁊ ei
porrexit cedulã legendã rem ei ꝑ ordinem
exponens. Quid deinde geſtum ſit audi-
ant peccatores: ⁊ ꝯſolent̃ deſperati. Mox
vt abbas cartulã legendã apuit totã ei⁹ cõ-
tinẽtiã deletã inuenit. Et dixit abbas ꝑori
Quid legam in cedula iſta: nihil in ea ſcri-
ptum eſt. Hec vt prior audiuit: cedulam ſi-
mul cum abbate reſpexit: dixitq; ad illum.
Sciat ꝓ certo p̃nitas vr̃a dictũ iuuenem
in hac cedula ſcripſiſſe pctã ſua: ⁊ cuꝫ a me
fuiſſet lecta vobis donaui illam legendam
ſed vt video miſericors de⁹ qui maximã iu
uenis cõtritionẽ attẽdit culpam iã ſufficien
ter deleuit: ⁊ vocãtes ſcholarẽ oñderũt ei
cedulã dicẽtes eius pctã diuinitus deleta
quã cũ ꝓſpexiſſet ⁊ ex ſignis cartã cogno-
uiſſet: intantũ cor ei⁹ ex magnitudine gau-
dij eſt dilatatũ: inquãtum pri⁹ ex magnitu-
dine triſtitie fuerit ãguſtiatũ nullã ei iniũ-

gẽs ſatiſfactionẽ: monuerũt q̃ ten⁹ de per- C
ceptis bñficijs grãs deo ageret: ⁊ de cete-
ro viueret cauti⁹. Quito debet ꝯfiteri ſua
pctã ⁊ nõ aliena: ſicẽ mlti faciũt di. Dñe nõ
ſum vſurari⁹ ſicẽ vicin⁹ me⁹: nõ em̃ debet q̃s
aliũ i ꝯfeſſiõe reuelare. vtꝫ de pe. di. j. c. q̃s-
uis niſi in hereſi. Et nõ debet ꝑſonã noiare
cũ q̃ peccauit. Itẽ ſacerdos nõ debet inter
rogare: ⁊ in tali caſu põt ꝓpriũ ſacerdoteꝫ
dimittere ⁊ cõfiteri alieno: ſi peccauit cuꝫ
ſorore q: forte nõ noſcit aliã ꝑſonã. Sexto
debẽt cõfiteri ſolũ ſua pctã nõ alia: q: dicit
pctã: q: nõ bona facta ſicut begutte q̃ occu-
pant ſacerdotẽ q: eſt ſpẽs iactãtie. vtꝫ. vj.
q. j. icitare. nec debet ex hũilitate aliq̃ pctã
dicere q̃ ſcit ſe non feciſſe q: mendaciũ eſt.
Septio hoc debet fieri ad min⁹ ſel' i anno.
Quia dicit ſel' in anno: ⁊ ſic q̃libet q̃tũcũq;
ſctũs ſi etiã nõ fecit pctm̃ debet cõfiteri i ſi-
gnũ obediẽtie eccl'ie: qđ eſt cõtra multos q̃
in tribus vel in quattuor annis nunq̃; ſunt
cõfeſſi: g̊ tales ſunt eccl'ie romane inobedi-
entes: q̃ ꝑcepit ꝙ ad min⁹ ſel' i anno q̃libet
debet ꝯfiteri niſi in q̃ttuor caſib⁹. Primo ſi
q̃s vellet cõicare: tũc ſtatim anteq̃; cõmuni D
cet debet cõfiteri. Scđo ſi q̃s eſſet in extre-
mis tũc iteꝝ debet cito ꝯfiteri. Tertio ſi q̃s
vellet peregrinari. Quarto rõne dubij: q̃a
dubitat an alibi poſſet hr̃e ꝯfeſſorẽ q̃ habꝫ
auctoritatẽ. Quinto eſt rõne ꝯſcie: q: ꝯſcia
dictat ſibi ꝙ tũc ꝯfiteat̃. ¶ Octauo ꝯfeſſio
debet fieri ꝓprio ſacerdoti. Eſt autem tri-
plex ꝓprius ſacerdos. ſ. papa: eps ⁊ parro
chianus: ⁊ quib⁹ illi tres ſuas vices cõmit-
tunt vel auctoritatẽ tribuunt: vt ſunt religi
oſi priuilegiati. Illi ſunt ꝓprij ſacerdotes
ſicut ⁊ parrochiani: ⁊ hoc auctate apl'ica.
vt patet in cle. de ſepultu. ca. dudũ. vbi dr̃.
Statuimus ꝙ magiſtri priores: prouincia-
les: predicatorum miniſtri aut cuſtodes mi
noꝝ ad p̃ntiam ꝑlatoꝝ ſe cõferant ꝑ ſe vel
ꝑ frẽs: quos ad hoc idoneos fore putaue-
rint humiliter petituri vt fratres q̃ ad hoc
electi fuerint in eoꝝ ciuitatibus ⁊ dioceſi-
bus cõfeſſiones ſubditoꝝ cõfiteri eis volẽ-
tium audire libere valeant. Hec ibi. Vbi
nota Ioã. an. ſup illo verbo libere. dicit ꝙ
nõ eſt neceſſe licẽtiã ſacerdotis hr̃e. Et eſt
ſimile de ꝑbendis. c. licet epus. vbi ſm Io.

E de lign̄. ſup eodem ꝟbo libere. nota ꝙ hec
auctoritas ⁊ licētia coartari ⁊ limitari nō
poſſit: q̄ꝫtum ad pſonas: tp̄us ⁊ loca. Non
q̄ꝫtum ad perſonas: ſiue ſit clericus ſiue lai
cus: ſiue mulier: ſiue maſculus: diues vel
pauper: iuuenis vel ſenex. Nec quo ad tē-
pus: ſiue ſit tēpore infirmitatis vel ſanita-
tis: paſche: pentecoſte vel natalis. Nec lo-
co: ſiue ſit i eccl'ia ſiue in choro vl' in cimite-
rio caſtro villa vel campo. Hec Joannes
de lignano ſup eodem ꝟbo libere. Et ratio
huius eſt: q2 libere ſignat oēm libertatē re-
ſpectu cōfeſſionis audiēde: q̄a termin⁹ in-
finitiuus in iure ſignat vl'iter. vtꝫ. xix. diſt.
ſi romanoꝝ. Et vbicunqꝫ libertas alicuius
actus vel rei cōcedit' cōditionē quā ius vel
iuris cōditor nō adiecit nullus addere pōt
nec libertatē ampli⁹ cōditione vl' ſeruitute
ꝑgrauare. Ar. ſiſe. extra de electiōe. ca. vbi
periculū. li. vj. vbi archidiacon⁹ exponit li
bere. i. abſqꝫ ol cōditiōe. Sūt ergo religioſi
priuilegiati auctoritate ap'lica ꝓprij ſacer-
dotes ſicut parrochiani. Circa quod notā-
dum ꝙ ꝓprium capit' dupl'r. Primo ꝓut di
uidit' cōtra alienum: ⁊ ſic accipit' Joan. x.
Oues ꝓpriū ſequunt' paſtorē: fugiunt aūt
F alienū. Secundo accipit' ꝓpriū ꝓut diuidi
tur cōtra ꝯmune: ⁊ ſic accipit'. j. Topicoꝝ.
vbi d2 ꝙ propriū eſt quod vni ſoli conuenit:
⁊ cōuerſim predicat' de: ⁊ indicat quid eſt
eſſe rei. Primo modo accipiendo propriuꝫ
vt diuiditur contra alienum ſtante illa de-
cretali. Omnis vtriuſqꝫ ſexus papa nō po-
teſt facere ꝙ aliquis nō confiteat' ſemel in
anno proprio ſacerdoti vl' alieno ſine eius
licentia. Sed ſecundo modo ſtante illa de-
cretali proprio ſacerdoti: vt proprium diui-
ditur cōtra cōmune: ſic papa i toto orbe eſt
ſacerdos cōmunis: vt cum quis cōfitet' pa-
pe vel alteri de ſuo mandato cōfitet' ꝓprio
ſacerdoti: cum etiam nec curat⁹ ſit ꝓprius
ſacerdos niſi de mandato pape: ⁊ ſic quili-
bet religioſus priuilegiat⁹ a papa eſt ꝓpri⁹
ſacerdos: ꝓut ꝓpriū diuidit' cōtra alienū.
Item ep̄s poteſt in qualibet parrochia or-
dinare aliquos viros idoneos ꝑter ꝓprios
ſacerdotes in cōfeſſionib⁹ audiendis ⁊ pe-
nitentijs iniūgendis. vtꝫ de offi. iudi. ordi.
c. Inter cetera. Ergo multo forti⁹ hoc pōt
papa in tota eccl'ia. Itē ꝑ ꝓpriū ſacerdotē G
volunt intelligere ſacerdotē parrochialē:
⁊ tūc ſequit' ꝙ cōfeſſus dn̄o pape ⁊ ei⁹ pe-
nitentiario teneat' iteꝝ cōfiteri eadē pctā
ſuo parrochiano; qđ fatuū eſt dr̄e ⁊ erro-
neū. Itē ipi ponūt capellanos ſuos ⁊ q̇ cō-
fitent' illis ſunt abſoluti a pctis eoꝝ: ⁊ ſunt
cōfeſſi ꝓprio ſacerdoti. Ergo q̇ ſunt cōfeſſi
penitētiarijs pape vel eoꝝ capellanis ſunt
etiā abſoluti a pctis eoꝝ. Fatuū em̄ eēt di
cere: ꝙ tales cōfeſſi penitētiarijs pape de-
berēt iterū eadē pctā cōfiteri ſuo parrochi
ano. Nō em̄ papa eſt min⁹ potēs ponere ca
pellanos in tota eccl'ia q̄ꝫ ipſi in eccl'ia ſua.
Sūt g̊ religioſi ꝓprij ſacerdotes prout pro-
priū diſtinguit' cōtra alienū ⁊ papa ⁊ ep̄s.
Papa cuiuſlibet catholici: ⁊ ep̄s cuiuſlibet
exn̄tis in ſuo ep̄atu. Scđo mō papa nō eſt
ꝓprius ſacerdos vni: qui etiā ſit cōis illi ⁊
alteri: ſed ſacerdos parrochialis eſt ꝓpri⁹
vni⁹ eccl'ie ſue ⁊ de ſua ꝓchia q̇ eſt oīno
alien⁹ de illis q̇ ſunt de parrochia alteri⁹.
Ergo eccl'ia in cōfeſſiōib⁹ audiēdis poſuit
q̄tuor ordines in coadiutores ꝓchiano-
rum: ⁊ hoc ꝓpter tria. Primo ꝓpter ipſo- H
rum ruditatem: q̇ em̄ vult cōfiteri pctā ſua
vt īueniat grām ſicut dicit Aug. debet q̄re-
re ſacerdotē q̇ ſciat ligare ⁊ ſoluere: ne cuꝫ
negligētes circa ſe extiterit negligat' etiaꝫ
a deo qui miſericorditer monet vt cecus ce
co ducatū nō preſtet ne ambo in foueā ca-
dant. Planū eſt em̄ ꝙ ignorātia magna in
ſacerdotib⁹ dei tolerat'. vt dicit Voluſian⁹
in q̄dam ep'la ſua ad Aug. Multū g̊ detra-
heret' ſacre ſcripture ⁊ ſaluti aīaꝝ ſi chr̄i fi-
deles ruditati ſacerdotū relinquerent'. Se
cūdo ꝓpter ꝯfitētiū pluralitatē. Sicut em̄
ap'li videntes ꝙ meſſis erat multa ⁊ opera
rij pauci: rogauerunt dn̄m meſſis vt opera
rios mitteret in vineā ſuā. Lu. x. Ita nunc
faciendū eſt ꝑ papam ⁊ ep̄os. de religioſis
⁊ alijs viris idoneis. Tertio ꝓpter ſacer-
dotū familiaritatē. Naꝫ familiaritas ſacer
dotum circa aliq̇s q̄nqꝫ parit contemptum
ſeu erubeſcentiā: ⁊ q̄nqꝫ ꝓuipēdentiā circa
aliquos: cū ipſi hoīes ſint hn̄tes rancorem
⁊ maliuolentiā ex q̇bus oēs chr̄ifideles re
trahi pn̄t ne eis cōfiteant'. Nono debet fie-
ri ſacerdoti ⁊ nō laico aut diacono: niſi in

A articulo neceſſitatis. Ideo dicit ſacerdoti
Sed q̄lis debet eſſe ſacerdos? Rñr. ꝙ in ſe
debet habere ſex: q̄ ponunt̄ i ca. dudū. vbi
ſupra. Primo debet eſſe ſufficiēs i ſcia. Naz
defect⁹ ſcie facit aliquē ineligibilē extra de
elect. c. cōgregatio. Vñ aſſumēdi debēt ha
bere noticiā canonū. di. xxxviij. ca. q̄ ipſis.
Scd̄o debz eē idone⁹ ſm hugonē. Idone⁹
eſt irreꝑhēſibilis vtilis ⁊ cōueniēs: ⁊ quaſi
cōformis cuilibet ⁊ mature etatis: quia pe-
riculoſum eſt valde ꝙ iuuenes mulieres cō
fitent̄ iſtis iuuenib⁹ ſacerdotib⁹: qꝛ poſſent
eos icitare ad ſiſe pctm̄. Ergo requiratur
etas matura. de eta. ⁊ q̄li. ordi. ex tenore.
Tertio reqrat̄ ꝙ ſit vite ꝓbate: al's bonam
vitam ⁊ modeſtā ſuadere alijs non poſſet
xxvj. di. vna tm̄. ⁊. xlvij. di. c. ſicut hij. §. ne
ceſſe. Ideo dr̄ Eccli. xlij. Qui ſibi neqˀ: cui
bonus? vñ Bern̄. ad Eugeniū. Probatos
oportet eligi: nō ꝓbandos. Quarto reqra-
tur ꝙ ſit pſona diſcreta ⁊ ſciat ſoluere ⁊ li
gare: ⁊ miſcd̄iaz cū rigore miſcere. vt patet
xlv. di. c. diſciplina vl̄ miſcd̄ia. multū deſti-
tuit̄ ſi vna ſine altera teneat̄. Itē debet eē
diſcret⁹ caute inqrēdo circūſtantias pcti:
B ⁊ nulli pctm̄ reuelare. vtz in eadē. Ois qui
iuſte. Quito debet eē modeſt⁹: q̄ cōſiſtit in
tpantia ⁊ pudore. xxxv. di. Eccl'ie p̄ncipes
An nō ignominia ⁊ ꝯfuſio ieſum chr̄m cru
cifixū pauperē ⁊ eſuriētem farſis p̄dicare
corpib⁹: ⁊ ieiuniorꝝ doctrinā rubentes buc
cas tumentiaqꝫ ora ꝓferre. Hec Hierony.
Sexto debet eſſe perit⁹ vt ſciat diſcernere
inter leprā ⁊ leprā. de pe. di. v. conſideret.
Iſta reqrunt̄ ad tā ſalubre officiū in volēti
bus audire cōfeſſionē. Decio debet pniam
ſibi iniūctā ꝓprijs virib⁹ adimplere. Debēt
em̄ ſacerdotes in penitētijs iniūgendis nō
eſſe nimis rigidi. Hanc queſtionē determi-
nat Chryſ. ſup Mat. ſupra illō verbū. Al-
ligāt onera grauia ⁊ importabilia ⁊ impo-
nūt in humeros hoim. Oſtendens triplici
rōne confeſſores nō grauem ⁊ importabilē
penitentiā cōfitentibus debere imponere.
Primo quidem ex pte dei: quia ſi pr̄famili-
as eſt largus: diſpēſator nō debet eſſe par-
cus ⁊ tenax: ſed deus largus eſt ⁊ benign⁹
ideo ſacerdos auſterus minus eſſe debet.
Cuius exemplum patet i adultera: cui do-
minus dixit. Vade: ⁊ noli amplius pecca- C
re. Itē in maria magdalena. Secundo ex
pte pctōris. Si em̄ aliquis faſcē magnum
ſuper humeros alicuius pueri imponeret:
neceſſarium eſt vel vt faſcem reijciat: vel ꝙ
ſub pondere reſtringatur. Sic ſi graue pon
dus pene imponitur alicui: neceſſe eſt aut
ꝙ penam impoſitam non portet: aut ſi por-
tare incipiat dum ipſam ſufferre nō poteſt
ꝙ amplius peccet. Si ſic ſequitur ꝙ dū pe-
nam fugit: eternam vitam contemnit. Ter
tio ex parte ſacerdotis: qui multum delin-
quit ſm Gregorium. vt iuſticia ſine miſeri-
cordia: vel miſericordia ſine iuſticia tenea-
tur ſemper tutius eſt ⁊ laudabilius magis
declinare ad miſericordiam q̄z ad rigorem
iuſticie. Vñ dicit Chryſ. Hic ſi cōtigit nos
errare modicā pniam imponentes: melius
tn̄ eſt vt ꝓpter miſcd̄iam reddam⁹ rationē
q̄z de crudelitate iuſticie. Undecimo debet
penitentiā iniūctam ꝓprijs viribus porta-
re. Nō dicit ꝓprijs viribus. Querit̄: vtruz
vnus hō ꝓ altero ſatiſfacere poſſet? Rñ-
det Petr⁹ de taranthaſia: ꝙ duplex eſt ef- D
fectus ſatiſfactionis. Unus ſolutio debiti
pctōꝝ p̄cedentium. Alter exciſio cauſarum
pctōꝝ ſequētium. Quo ad hunc effectū ſe-
cundū: non poteſt vnus hō ſatiſfacere ꝓ al
tero: qꝛ ꝑ ieiuniū vnius: caro alterius non
domat̄. Quo ad primū effectum eſt diſtin-
guendū: qꝛ ſi alius eſt impotēs ꝑ ſe facere
tunc alius q̄ eſt in charitate: pōt ꝓ eo ſatiſ-
facere. Si aūt eſt potēs: tūc oportet ꝙ ipſe
met apud deum ſatiſfaciat. Poteſt tn̄ iuua
ri ꝑ alterū. Sed Tho. dicit ꝙ etiā ſi potēs
eſt iſte penitens nihilomin⁹ alius pōt ꝓ eo
ſatiſfacere. Sed nō eſt ꝑmittendū vt aliq̄s
ꝓ alio ſatiſfaciat: niſi defectus aliq̄s appa-
reat in penitente vel corpalis: ꝑ quē fit im-
potens ad ſuſtinendū: vel ſp̄ūalis ꝑ quem
fit promptus ad portandū penā. ¶ Duode
cimo debet licentiā petere: ſi vult alieno ſa-
cerdoti cōfiteri. qꝛ dr̄. Si q̄s iuſta de cauſa
voluerit alieno ſacerdoti cōfiteri: p̄us obti
neat licentiā ꝓprij ſacerdotis. Hoc eſt ve-
rum put ꝓpriū diſtinguit̄ contra alienū: ⁊
non put diſtinguit̄ cōtra cōe. Quia ſi quis
vellet alieno parrochiali paſtori ꝯfiteri: te-
net̄ petere licentiaz ſui ꝓprij paſtoris: cum

E alius nõ poſſet eũ ligare vł ſoluere. Si au=
tem ꝓꝓrium diſtinguit cõtra cc̃e: nõ tenet
petere licentiã a ſuo plebano: q̃a ep̃s eſt ſa
cerdos cõis: nec ſi q̃s vellet confiteri pape
aut eius penitẽtiario: vel habenti ab eo ge
neralem licentiã: vt ſunt religioſi ꝓuilegia=
ti q̃ nõ tenent petere licẽtiã. Quia iſti ſunt
ꝓꝓrij ſacerdotes ſicut ⁊ plebanus: ſicut pro
priũ diſtinguit ꝯtra alienũ. Si tñ petat li=
centiã nõ peccat: ſed meret dupłr. Primo
q2 in petẽdo licentiã ꝑ bonũ obediẽtie me=
retur: ⁊ finis magis meritoriꝰ reddit. Se=
cũdo q2 per humilitatẽ petẽdi licentiã a no
ta cõtẽptus ⁊ inobediẽtie excuſat. Quaꝫ
notã fortaſſis videret incurrere: ſi non pe=
tita licentia alij pſumeret cõfiteri. Sunt ta
men multi caſus in quibus de irreq̃ſito cu=
rato imo contra ipſius ꝓhibitionẽ expꝛſſam
põt confiteri. Primꝰ ſi ſacerdos ſit inſcius.
Scd̃s ſi eſt reuelator cõfeſſionis. Tertius
ſi ipſemet eſt particeps criminis. ſ. ſi pecca
uit cũ ꝑſona que cõfiteri cõcupiſcit: tũc tol=
litur erubeſcẽtia cõfitẽti: q̃ eſt pars ſatiſfa=
ctionis. Quartꝰ ſi timeat ꝙ ꝑſona cõfitẽtẽ
F ſollicitet ad peccatũ: ⁊ maxime ſi hoc con=
ſtat ex ꝓbabilibꝰ indicijs. Quintus ſi pec=
catũ cõmiſſuꝫ ſit directe ꝯtra ꝑſonã curati
⁊ potiſſime ſi ſit tale pctm̃ cuiꝰ cõfeſſio re=
quirit expꝛſſam circũſtantiam illiꝰ ꝑſone in
qua cõmiſſum eſt. vicꝫ de infamia ⁊ de de=
tractione ⁊c̃. Sed q̃d fiet ſi ex mẽtis perti=
natia petitã a ſubditis neget licentiã: ⁊ pro
hibet ne alteri cõfiteat. Dicẽdum ꝙ in hoc
caſu dicũt magni doctores: ꝙ ſubditꝰ non
tenet ſibi obedire in h̃ caſu: q2 eſt cõtra ſuã
ſalutẽ. Uadat ad illũ qui auc̃te ap̃lica vel
etiam ep̃i ipſum põt abſoluere. Non enim
tenet ei obedire in hoc caſu: quia talis pro=
hibitio eſt directe cõtra charitatẽ ⁊ cõtra
ſubditi ſalutẽ. Priuilegiatꝰ tamen ſi aliquẽ
abſoluit: debet ei iniungere ꝙ pſentet ſe ꝓ=
prio ſacerdoti: ⁊ dicat ſe eſſe ꝯfeſſum ⁊ ab=
ſolutum: ⁊ ſacerdos tenet ei credere ⁊ ei
euchariſtiam miniſtrare.

¶ Honora patrem ⁊ matrem.

Duodecimo peccãt contra illud prece
ptum. Honora patrem ⁊ matrem. ſ.
qui non honorant pr̃em ſupnatura=
lem. ſ. deũ oipotentẽ. De q̃bus ipſe dicit ꝑ
os Malachie ꝓphe. Si ego pater ſum: vbi G
eſt honor meꝰ? Nã ab illo pr̃e habemꝰ eſſe
magis ꝑfectũ. Nã a parẽtibus habemꝰ car
nẽ: a deo humanitatẽ. Deute. xxxij. Nũq̃d
ipſe eſt pr̃ tuus qui te creauit? Non tm̃ no=
ſter ſed oim̃ creaturaꝝ. vt ꝑꝫ Job. xxxviij.
Quis eſt pluuie pat: aut q̃s genuit ſtillas
roris ⁊c̃. Secundo ipſe eſt pr̃ noſter per gu
bernationẽ ⁊ oim̃ creaturarũ. Sapi. xiiij.
Tu pater om̃ia gubernas tua prouidẽtia.
Et licet om̃ia gubernat: tamẽ hominẽ pre=
cipue: q2 nõ eſt cura deo de bobus. vt apo=
ſtolus ait ad Corinth. Item Pſ. Hoies ⁊
iumẽta ſaluabis dñe. Sed non eque ſequi=
tur. Filij aũt hominum ſperabũt in tegmi=
ne alarum tuaꝝ. Tertio eſt pater noſter ꝑ
caſtigationem. Prouerbio. iij. Quẽ em̃ do=
minus diligit corripit ⁊ caſtigat. idem Pro
uerbi. xij. Quarto eſt pr̃ nr̃ ꝑ adoptionem.
ad Roma. viij. Non em̃ accepiſtis ſpm̃ ſer=
uitutis ſed adoptionis: in q̃ clamamꝰ abba
pater. Quito ꝑ eternã glorificationẽ. Pa=
ter noſter qui es in celis. Math. vj. Idem
ca. xxiij. Patrẽ nolite vobis vocare ſuper H
terraꝫ. Unus em̃ pr̃ veſter in celis eſt. Sed
multi hunc vocant patrẽ cuiꝰ non ſunt filij
ſed illiꝰ de q̃ ſcriptũ eſt. Joan. viij. Uos ex
patre diabolo eſtis: vt ſunt vſurarij: rapto=
res: cõcubinarij ⁊c̃. Et talẽ pr̃em nõ debe=
mus nos honorare: ſed deum. dicẽte ap̃lo
ad Romanos. Benedictio ⁊ claritas ho=
nor ⁊ gr̃arũactio: ⁊ virtus deo nr̃o in ſecu
la ſeculoꝝ. Sed tñ pr̃em debemꝰ honora=
re quadrupliciter. Primo in ſeipſo. Secun
do in eius vnico filio. Tertio in eccł'ia ſua
ſancta. Quarto in eius mr̃e bñdicta. Pri=
mo debemus eũ honorare ĩ ſeipõ ꝓ oibus
ſuis bñficijs: tam donis naturalibꝰ q̃ꝫ gra=
tuitis donis iuges gr̃arumactiões referẽ=
do. Ad q̃d exequendum te monet ſcriptura
corꝑalis creatura ⁊ angelica natura. Scri
ptura dicit. Benedicã dñm in om̃i tempo=
re: ſemperq̃ꝫ laus eius in ore meo. De crea=
tura dicit propheta. Laudate eum ſol ⁊ lu
na: laudate eũ oẽs ſtelle ⁊ lumen ⁊c̃. Lau=
date eum in tympano ⁊ choro: laudate eũ
in chordis ⁊ organo. Uidemꝰ em̃ ꝙ auicule
ſtatim cãtant: ⁊ ſuũ factorẽ laudãt: cum in
aurora lucis beneficiũ dei ſentiunt. Ualde

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aūt abſurdum eſt ꝙ ibi obmuteſcit rōnalis
A creatura vbi deo plaudit ⁊ iubilat irratio=
nalis creatura. Idē patet in angelica crea
tura. Eſaie. vj. Uidi duo ſeraphin claman=
tia alter ad alterū: ſanctus: ſanctus: ſctūs
dn̄s deus ſabaoth. Plena eſt terra omnis
gloria eius. Item Job. Ubi eras cū me lau
darent aſtra matutina ⁊ iubilarent oēs
filij dei. Igitur deum patrem oēs debe=
mus laudare ⁊ honorare: tam clericus ꝗ
laicus. Clericus cantu ⁊ deuota iubilatio
ne: laicus vero deuota orōne. Primo igiꝉ
clerici debent deum laudare cum cantu ⁊
iubilatione dicentes cum Eſa. c. vi. Canta
bo dilecto meo canticum patruelis mei vi=
nee mee. Circa quod notādum ꝙ quadru=
plex eſt cantus ſcꝫ
Cantus erroris ⁊ vanitatis.
Cantus honoris ⁊ dignitatis.
Cantus amoris ⁊ ſanctitatis.
Cantus inexplicabilis dulcoris ⁊ felicita=
tis. ¶ Primus dr̄ cantus erroris ⁊ vanita=
tis. De quo Amos. viij. Cōuertā feſtiuita=
tes veſtras in luctum: ⁊ omnia cantica in
planctū. Inducā ſup omne dorſum veſtrū
B ſaccū: ⁊ ſup oē caput veſtrū caluitiū. Cō
ſiderare hic debem⁹ ꝗ iuſtus iudex ſit de=
us. Quia in feſtiuitatib⁹ ſolent hoīes plus
cōuerſari inuicem ⁊ cantica vanitatis fre=
quētare. Ideo dicit. Cōuertā ciuitates ve
ſtras in luctū ⁊ oīa cantica in planctum.
Hec ad lr̄aꝫ oñdit poſt mortē. O miſer ho=
mo qui mundū nunc diligis ⁊ multum ſol=
licitus es cum vadis ad choream. ſ. de or=
natu veſtium depoſitione crinū: ⁊ non co=
gitas penam venturā. Igiꝉ iſtud canticuꝫ
non eſt canendum. Primo rōne loci. Nam
ſtultus homo reputaretur qui cantaret cū
ad mortē ducereꝉ. Sic multi ſunt iuuencu=
li: tales eñ ſunt ad mortē tripudiantes. vñ
Auguſt. Preſens vita nihil aliud eſt ꝗ cur=
ſus ad mortem. Uñ Franciſ. petrar. li. j. de
re. vtri. fortu. ca. xxiij. Rñdet diſcipulo ſuo
gloriāti. Cano dulciter. Reſpōdet. Neſcis
ꝙ dulciter morti ꝓpinquus olor canit. Plu
res olim gaudio ꝗ triſticia periere. Caue
nam ſcriptū eſt. Extrema gaudij luctus oc
cupat. Et rurſus. Ad ruinam exaltabiꝉ im
pius. Et non īmerito. Singuli eñ dies ho=
re ⁊ momēta ad ſepulchrū te vehūt. Et in= C
fra. O ſi audires ſuſpiria ſanctorum. O ſi
hinc aures tuas dāpnatoꝝ gemit⁹ ⁊ lamē=
ta ꝑcellerent: hinc btōꝝ iubilus ⁊ cant⁹ an
gelici atqꝫ illa celeſtis armonia: quā pitha
goras ponit: Ariſto. euertit: Cicero iſtau=
rat. Tibi autē pietas fideſqꝫ ſuggerit eſſe
ibi ꝑpetuas ⁊ ꝑdulces voces necnō celoꝝ
ac celeſtiū incolarū ꝑmā illā cām ⁊ eternā
ſine fine laudantiū. Si hec omnia tuis au=
rib⁹ inferrenꝉ ꝗ clare decerneres: qs cōcē=
tus dulcior: quis inde ſalubrior. Nūc ſurdo
ſenſui ſolum iudicium committis. Hec ille.
Quō ꝗ poſſum⁹ cantare in valle huius mi
ſerie: Huius figurā habem⁹ in filijs iſrael
in babylonia ſedentib⁹. Uñ pſ. Sup flumi=
na babylonis illic ſedimus ⁊c̄. Dixerūt eis
babylonij. Cantate nobis de cāticis ſyon.
Rñderūt. Quō cantabim⁹ canticuꝫ dn̄i in
terra aliena: Quid tunc debet eſſe de can
tu diaboli: Unde Auguſti. In valle huius
miſerie ſumus: ī qua eſt magis flendū quo
minus fleamus. Ergo inuocamus matrē
diuine miſcdie dicentes. Ad te clamamus
exules filij eue. Ad te ſuſpiramus gemen= D
tes ⁊ flētes ī hac lachrymarū valle. Scdo
ratione exempli. Uñ Grego. Oīs chriſti
actio eſt noſtra inſtructio. Quis inquit fle=
re non debeat: cum chr̄s verbo ⁊ exemplo
nos moneat dicens. Beati qui lugent quo
niā ipſi cōſolabunꝉ. Et Luce. xix. Cum ap=
propinquaſſet hieruſolymā videns ciui=
tatem fleuit ſup illam. Bern̄. Cōpatiꝉ dei
filius ⁊ plorat: hō patitur ⁊ ridet. Tertio
rōne finis: quia ducit ad penam. Uñ Gre=
gorius. Momentaneum eſt quod delectat
eternuꝫ ꝓo qd̄ cruciat. Uñ. Poſt magnum
riſum ſequitur ſepiſſime fletus. Prouerbio=
rum. xiiij. Riſus dolore miſcebitur: ⁊ extre
ma gaudij luctus occupat. Uñ Franci. pe=
trar. vbi. ſ. Preſtantius enim eſt flēdo ad
gaudiū ꝗ gaudendo ad gemituꝫ ꝑuenire.
Fere etiaꝫ cantu ⁊ volucres fallunꝉ: ⁊ qd̄
mirabilius eſt muſica piſces tangi. Nota
tibi arionis eſt fabula ac delphinis qui de
tanto periculo incolumis euaſit: primū ter
ris appulſus eſt natantis piſcis tergo inſi=
dens fidicen. Adhuc cyrenes cātu fallere
creditū. Illud vero non creditū: ſed cōper=

E tum eſt vt q̄tidie blandis verbis hō hoiem fallit. Et nihil ad fallendum voce aptius. Hec ille. Legimus de ſorore ſancti Damiani: que ſemel ſteterat in ſua deuotione: ⁊ audierat vnam valde dulciter cantantem. Illa ꝟo ſurgēs acceſſit ad feneſtrā auſcultans ibi. Quo cantu mirabiliter delectabatur. Et finaliter ipſa deceſſit de hac vita: ⁊ ducta fuit ad purgatoriuꝫ. In q̄ triginta diebus ſtetit: ⁊ illis trigīta diebus elapſis apparuit fratri ſuo. Qui interrogauit eā: quō ſe hr̄et. Illa reſpōdit ꝙ triginta diebꝰ fuit in purgatorio ꝓpter hoc ꝙ audiuit dulciter cantare ſecularē cantū. Ecce ſi tantū fuit illa punita ꝙ audierat: q̄d tūc illis qui cantāt ⁊ dictant hmōi cātica denigrantes famā virginū ⁊ religioſoꝝ. Dubitaṫ vtruꝫ componere cantica amatoria ⁊ cātilenas carnalis amoris ſit mortale peccatū. Rn̄detur ꝙ hoc tribus modis poteſt eſſe peccatū mortale. Primo ſi hoc fiat propter ſui vel alterius cōcupiſcētie excitationē ⁊ caleſfactionem. Obedit eñ corpus noſtrum imaginationi q̄ꝫtum ad alterationē ſicut ad motionem. Unde ſicut excitantur oculi ad lachrymandum auditis aliquibꝰ hymnis et

F pſalmis triſticie modo quo dicit Auguſti. ꝙ voces hymnoꝝ ⁊ pſalmorum influebant auribus eius ⁊ fluebāt lachryme ⁊c̄. Sic mēbra carnis pn̄t inflāmari ⁊ excitari ad cupiſcendū: auditis cantilenis exprimentibus particulares opationes ⁊ verba amatoꝝ. Qui ergo tali fine hmōi cantica cōponit: vt ad cōcupiſcentiā vl̄ alteriꝰ inordinate exciteṫ ⁊ inflāmeṫ ſine pctō non pōt eſſe ⁊ eſt bn̄ mortale: quia plus eſt pctm̄ ore ꝓrūpere q̄ꝫ corde cōcipe: ſicut plus eſt pctm̄ operari q̄ꝫ ore loqui. Sed cōſtat ꝙ dicente Saluatore. q̄ viderit mulierē ad cōcupiſcēdū eam: iā mechatus eſt eam in corde ſuo. Ergo talē cōcupiſcētiā ore ⁊ cātu exprimere amplius pctm̄ eſt. De his dicit Salomō in Eccleſiaſte. c. ij. Feci mihi cātores ⁊ cātatrices ⁊ delicias filiorum hoim ciphos ⁊ vrceolos in miniſterio ⁊c̄. Hec diciṫ vana delectatio. de quibus Job. xxj. Tenēt tympanū ⁊ cytharā ⁊ gaudent ad ſonitū organi: ⁊ ducūt i bonis dies ſuos ⁊ in pūcto ad infernū deſcendunt. Queriṫ vtrum liceat vti aliq̄n cantoribꝰ ⁊ cātatricibus ⁊ carminibus ſecularibꝰ. Reſpōdeṫ ꝙ ſic dūmodo nō fiant a pſonis eccl̄iaſticis ſacerdotibus ⁊ religioſis in locis ⁊ tpibꝰ interdictis ex diſſolutiōe mentis: cauſa laſciuie ⁊ maxie in publicis choreis. Iſtis exceptis dūmodo fiant cauſa recreationis animi fatigati cū moderamine: cauſa exercitatiōis: turpi dictamine excluſo pn̄t licite tolerari: q̄a eſt eutropolia: de q̄ nota ſupra in ſermone de ludo. Jō quo ad clericos ſcribitur in canone. xxxiiij. diſti. c. Preſbyteri diacones ſubdiaconi: his cetibus non miſceātur vbi amatoria cantātur aut turpia aut obſceni motꝰ corpis choreis ⁊ ſaltatiōibꝰ efferuntur: ne auditus ⁊ obtutus ſacris miſterijs deputatꝰ turpiū ſpectaculoꝝ atqꝫ verboꝝ cōtagiōe polluanṫ. Si ergo inhibeṫ eis auditus ſeculariū cantoꝝ: multo magis eorū cantus. A fortiori hoc non conuenit monachis: q̄a ſcribit Hierony. aduerſus vigilantiū dicens. Monachus plangentis officiū habet q̄ ſe vel mūdū lugeat ⁊ dn̄i pauidus ꝓſtoleṫ aduentū. Et poniṫ. xvj. q. j. ca. Monachus. Si ergo officium monachi eſt plāgere vel lugere nullo mō ſibi cōpetit ſeculariter decātare. Neqꝫ etiā monialibꝰ q̄ nunc frequēter interſunt. Immo ip̄e meliꝰ ſciūt canere cātica ſecularia q̄ꝫ ſeculares ꝑſone. De quo dr̄ in Cano. xcij. diſt. c. Cantantes ⁊ pſallantes in cordibus veſtris dn̄o. Audiant hoc adoleſcētuli: audiant hoc quibꝰ in eccl̄ia pſallendi officiū deo: nō voce: ſed corde cantandū eſt: nec tragediarum more guttur ⁊ fauces medicamine liniēde ſunt: vt in eccl̄ia theatrales moduli audiantur. Ubi dicit glo. ſup ꝟbo tragediarū. Tragedie dicuntur a tragꝰ. i. hyrcus. ⁊ odos q̄d eſt laus. Ergo tragedie dicuntur cantꝰ ſeu diſcantus ſono capraꝝ cōſimilis. In eccleſijs ergo prohibeṫ capriſare ſeu ad modum caprarū diſcantare. Hmōi cantica ſunt ſagitta diaboli: a q̄bus non offendiṫ nec murus nec paries. Jō legiṫ Marci. vj. ꝙ ſaltatrix fecit amputari caput Joānis baptiſte. Etiaꝫ ſunt ſyrene. De quibꝰ Eſaie. xiij. Syrene in delubris voluptatis: ⁊ vlule reſpōdebūt in edibꝰ ſuis. Syrene ſunt piſces marini ſm̄ quoſdam in ſpecie mulierū: que

(Margin letters: G beside "vti aliq̄n cantoribꝰ"; H beside "nachus. Si ergo officium".)

A dulci cantilena hoĩes decipiunt ⁊ trahũt
nauigãtes in mari: ⁊ ſic ſubmergunt. Alu-
le aues ſunt que roſtro ĩ palude affixo ſtri-
dent: q̃ ſignificãt cãtatrices: q̃ roſtro in pa-
lude luxurie infixe cantant: ⁊ ſic aſſiſtẽtes
ad libidinẽ inflãmãt: ſicut cãtus eccleſiaſti-
cus excitat ad ſpũalem deuotionez. Scđo
vti cantatoribꝰ e.ĩ pctm̃ mortale: ſi fiat pro-
pter dei amici debilitationẽ. Nam planum
eſt ꝙ ſi duo inimici bellarẽt ad inuicem: hõ
non poſſet auxiliũ preſtare vni ſine iniuria
alterius: q̃a auxiliuz inimici eſt debilitatio
alterĩꝰ. Nũc aũt caro nr̃a eſt inimicus hu-
ius ſeculi: ⁊ ſpũs eſt amicus dei: ⁊ ſic ini-
micant adĩuicẽ. Et dicẽte aplo ſemp ad
inuicem pugnãt. Cũ ergo per tales cantile
nas caro delectet ⁊ iuuetur ĩ his que appe
tit ⁊ deſiderat: non põt carni tale auxilium
preſtari ſine iniuria ſpũs ⁊ ſine debilitate
eius: ſic dicente btõ Jacobo. Amicus huiꝰ
ſeculi inimicꝰ dei cõſtituit. Oportet ꝙ tali
ſine q̃ componit cantica amatoria vt ami-
cos dei debilitet ⁊ inimicuz fortificet: ⁊ ſic
pctm̃ incurrat: q̃a ſine iniuria dei eſſe non
B põt. Tertio ſi fit ꝓpter opis virtuoſi ⁊ ſpi-
ritualis remotionẽ ⁊ retractionem. Uide-
mus eñ ad ſenſum: ꝙ aĩa dedita ſpũalibus
retrahit a ſenſibilibꝰ: ſicut cũ q̃s vehemen
ter aliquẽ nõ videt tranſeũtẽ iuxta ſe. Sic
eodẽ modo cũ q̃s multuz afficit circa canti
lenas amatorias: oportet ꝙ retrahat a di-
uino amore ⁊ ab opibus virtuoſis. Unde
hac de cauſa phi in grecia ordinauerũt: ꝙ
poete fingentes vel cõponẽtes cãtica ama
toria: deberent expelli a ciuitatibꝰ: in q̃bus
moralis phia morabat vl docebat. Aduer-
tẽtes ꝙ ſtudẽtes audientes retraherent a
ſtudio: ⁊ a cõtemplatiõe phie. Ergo cõpo-
nere cãtilenas ꝓpter virtutis retractionẽ
ſine pctõ mortali eſſe non põt. Dubitat ſe-
cũdo vtrũ cãtica amatoria audire vel ipſa
cãtare ſit peccatũ mortale? Rñr. ꝙ dicere
vel audire cãtilenas amoris tripl̃ põt eſſe
pctm̃. Primo ſi propter hoc ſpiritualis de-
lectatio obliuioni tradat. Multi eñ in tali
bus cantilenis ⁊ ludis ſic aſſueſcunt: ꝙ to-
tam diem in talibꝰ cõſumũt noctẽ etiam oc
cupãtes: ⁊ ſpũalium bonoꝝ oĩno obliuiſcẽ-
tes. De talibꝰ loquit propheta. Obliuiſcet

dextera eoꝝ. i. vita eterna eis ꝓmiſſa. Se- C
cundo ſi hõ ꝓpter hoc ſpũalibus canticis
⁊ ſpũalibus delectationibꝰ mutꝰ ⁊ ſurdus
efficit. Nam in multis adheret lingua fau-
cibus eorũ in loquendo bona ⁊ honeſta: ⁊
in audiẽdo verba bona ⁊ honeſta ⁊ ſancta
Sed ad audiendũ ⁊ loquẽdũ vana habẽt
os ſemp apertũ. De quibus dicit ſpũſſan-
ctus. Qui obturãt aures ſuas ne audiant
verba prudentia ⁊ legẽ dei: oratio eiꝰ erit
execrabilis. Tertio ſi propter hoc delecta-
tio in docendo vel audiendo hmõi cantile-
nas delectationi hierlm celeſtiſq; patrie p̃-
ponatur. Nam audire qñq; talia ad q̃ndã
recreationẽ: nõ eſt dicendũ ꝙ ſemp ſit pec-
catum mortale: quia virtus eutropolie eſt
ſm philoſophum vti ludis ⁊ recreationibꝰ
corporalibus ſm debitũ modum. Modus
autem iſte eſt: vt homo propter talia de vir
tuoſis ⁊ ſpiritualibus delectationibus nõ
retrahatur nec obliuiſcatur: vt nec per ipa
in ſpiritualibus doctrinis ſurdus nec mu-
tus efficiatur: ⁊ vt ſemper delectatio ſpiri-
tualis tanquam finis prefigatur ⁊ omni- D
bus mundi delectationibus preponatur.
Secundus actus eſt cantus amoris ⁊ ſan-
ctitatis. De quo dicit ad Coloſen. iij. Do-
centes ⁊ cõmonentes voſmetipſos in pſal
mis ⁊ hymnis ſpiritualibus cantantes in
cordibus veſtris domino. In hoc deus ho
noratur ⁊ laudat. Et habet fieri tripl̃r ſm
Aug. de doct. chr̃iana. Primo flatu tuba-
rũ aut tibiarũ. Un Pš. Laudate eũ ĩ ſono
tube: laudate eũ in chordis ⁊ organo. Aut
habet fieri pulſu: ſicut ĩ cytharꝫ ⁊ organis.
Peccãt ergo illi qui in organis canunt can-
tica ſecularia. Aut fit cantu in vocibꝰ. De
quo pš. Laudabo nomen dei cum cãtico:
⁊ magnificabo eũ in laude. Querit: vtruz
cytharis ⁊ lyris ⁊ canticis liceat vti in ec-
cleſiis in ſctoꝝ ſolennitatibus? Uidetur ꝙ
non: q2 talia ꝓuocant hoĩem ad libidinem
⁊ ſic de aliis. In cõtrariũ eſt vſus ⁊ ꝯſuetu
do eccl̃ie. Rñdet ergo ſm Gratianũ. diſti.
xxxvij. Turbat acumen legentiũ: ꝙ ſecula-
res lr̃as quidã legunt ad voluptatem: dele
ctati in ornatu verboꝝ poetaꝝ: q̃dã ꝓo ad
eruditionẽ eas addiſcunt: vt errores genti
lium legendo deteſtent: ⁊ vtilia q̃ in eis in-

E uenīuntur ad vſum ſacre eruditiōis cōuer-
tantur. Tales laudabiliter lr̄as poetarū le
gunt. Sic in ꝓpoſito q̄dam in eccl'ia diuini
officij vtunt̄ inſtrumētis muſicalibus ⁊ cā-
ticis diuerſis ꝓpter honorē dei ꝑncipalit̄
qui ſe iuſſit laudari in tympano ⁊ choro.
vt dicit ps̄. Tales laudabiliter vtuntur in-
ſtrumētis muſicalibus vel ꝓpter aliquam
deuotionē ad gemitū ſpūalem ꝓuocandū
tūc licet: ſed qui talib⁹ vtunt̄ ad delectatio-
nem peccant. Dicit tamen ſanctus Tho. in
ſecūda ſecūde. q. xcj. in reſpōſione ad q̄rtū
membrū: q̄ hmōi inſtrumēta magis animū
mouent ad delectationē q̄ȝ ad deuotionē.
In veteri aūt teſtamēto erat vſus taliū in-
ſtrumētoꝝ: q: ppl's erat durus ⁊ carnalis.
Jō p̄ hmōi inſtrumenta ꝓuocādus: ſicut p̄
ꝓmiſſiones terrenas ad cultū dei. Jō con-
ſultius eſt q̄ nō fiat. Etiam ne imitari ido
latras qui in hmōi inſtrumētis ſeruiebant
dijs ſuis. vt ptȝ Daniel. iij. Cū audieritis
ſonū tube fiſtule ⁊ cythare ⁊c̄. Scd̄o dubi
tatur: vtꝝ diſcant⁹ poſſint licite fieri in ho
ris canonicis? R̄ndet Gobelin⁹ in chroni-
F ca ſua: q̄ Joannes viceſimuſſcd̄s ꝓhibuit
fieri in horis canonicis ⁊ in miſſis cum diſ
cantu tripli ⁊ mutetis vulgaribus. Nec tn̄
per hoc voluit ꝓhibere cōſonātias muſica
les. ſ. octauas q̄ntas ⁊ q̄rtas: ſic q̄ muſica
bn̄ mutata: p̄ ipas nō imutet̄. Eſt ḡ reph̄ē-
ſibilis fractio vocis. Nam fractio vocis eſt
ſignū fracti animi. Sicut criſpatio criniuȝ
⁊ corrugatio veſtium in mulieribus: ſic fra
ctio vocis in cātantib⁹ eſt ſignū vanitatis.
Sic etiam eſt reph̄ēſibilis nimia exaltatio
vocis: ſicut illi qui clamant ⁊ aliq̄ rumpū
tur. Tales poti⁹ boant q̄ȝ cantant. Et ſicut
delectant̄ altitudine vocis: ſic etiā delectā
tur altitudine mentis. Talem cantū deus
parum reputat ⁊ demon approbat. V̄n re-
fert Ceſarius. q̄ in q̄dam feſtiuitate cleri-
cis quibuſdā cantantibus ⁊ voces tumulo
ſas in ſublime extollentibus: vidit quidam
vir religioſus quendam demonem in loco
eminentiori eccl'ie: ſaccū magnū in ſiniſtra
manu tenere: ⁊ canticorum voces dextera
in eundem ſaccū mittebat. Illis aūt exple-
to cātu inter ſe gloriantibus tanq̄ȝ bene ⁊
fortiter deum laudaſſent. R̄ndit ille qui vi-
derat viſionē. Bn̄ quideȝ cantaſtis: q: can G
taſtis ſaccū plenū. Mirantibus ⁊ interro-
gantibus illis cur hoc diceret: expoſuit eis
viſionē. V̄n quidā ait. Nō vox: ſed votum:
non muſica cordula: ſed cor: nō clamor: ſed
amor cantat in aure dei. Q̄n autē deuote
canit̄: angeli nobiſcū canunt: q̄ patet per
tale exemplū. Ciuitatē gallie vidi diutius
excōicationi ſubiacuiſſe non niſi ſub ſilētio
diuina myſteria celebraſſe clericos. In vi-
gilia aſſumptionis beate virginis dn̄s Jo-
annes agnominatus rees prior canonico-
rū regulariū ſancti Joānis aſſumptis ſecū
trib⁹ fr̄ibus deuotiſſimis in monte ꝓximo
vbi q̄ndaȝ heremita reſidebat ad celebran
dam feſtiuitatē gl'ioſe virginis iuerūt. In-
clinato aūt die: cātatiſ veſp̄is panē ⁊ aquā
ore ſobrio libauerūt. Et dicto completorio
poſt deuotas or̄ones mēbra ſup̄ nudā hu-
mū vt paululū quieſcerēt ꝓſtrauerūt. Sur
gūt ad matutinas cantāt ſimpl'r ⁊ deuote.
At vbi prior nonā lectionem finiuit: ſubito
concent⁹ mirabilis inſonuit angeloꝝ: ⁊ r̄n
ſoriū Felix nāq̄ȝ. altiſſimis vocibus cantāt. H
Quo pacto: tn̄ q̄tuor ex illa mirabili multi
tudine verſum cū gloria ſingulariter ſucci-
nuerūt multitudine cū repetitiōe r̄ndente.
Poſt repetitionē vero iteratā Felix nanq̄ȝ
inchoauerunt. Finito aūt r̄nſorio factū eſt
ſilentium angeloꝝ. Priore inchoante. Te
deū: matutinas ꝑfecerunt. Quibus dictis
quot ſingultus: quot lachryme: quot ſuſpi-
ria in recordatione ſuauiſſimi modulami-
nis ab imo pectoris ediderūt: non eſt poſ-
ſibile effari. Hec mag'r in lib. apum. Fit au-
tem cantus in eccl'ia multis de cauſis. Pri-
mo q: cor liq̄facit in affectum ⁊ ſpūalem ge-
mitū ꝓuocat. Jō dicit. b. Aug. in lib. cōfeſ.
Flebam autem vberrime in hymnis ⁊ can
ticis ſuaue ſonantis eccl'ie vocibus vehe-
menter affectus. Unde Iſido. li. iij. de ſum
mo bono. Multi reperiunt̄ q̄ ſuauitate cā-
tus cōmoti ſua crimina plāgūt. Legitur in
vita p̄ris n̄ri. b. Auguſtini: q̄ cū iuſtina im-
peratrix errore arrianoꝝ ſeducta: beatum
Ambroſiū ⁊ alios catholicos ꝑſequeretur
atrociter: ⁊ illi ſancti in eccl'ia excubantes
⁊ mori expectantes: idem antiſtes Ambro-
ſius alioꝝ magis q̄ȝ ſue cōpatiens afflicti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A oni inſtituit: vt ſm morem orietalium pſal-
mi ⁊ hymni in eccleſijs decantarent vt cā-
ticis ſpiritualibus fideles intenti meroris
⁊ tedij obliuiſcerent. Ceſſante aūt ꝑſecu-
tione cōſuetudo pſallendi in eccl'ia remāſit
vſqꝫ in hodiernū diem. Scdo fit ideo can
tus vt mentē eleuet. vn̄ Auguſt. li. x. cōfeſ.
Cantādi cōſuetudo ideo approbata eſt in
eccleſia: vt per oblectamēta auriū infirmo
rū animus in affectū pietatis cōſurgat. Jō
Guilhelmus Durandi dicit in rōnali diui-
norꝫ ꝙ ꝓpter carnales ⁊ non ſpūales can-
tandi vſus eſt in eccl'ia inſtitutus: vt q̄ ver-
bis nō cōpunguntur: ſuauitate modulami-
nis moueant. Et hoc debet fieri cum cor-
dis deuotione: ⁊ nō vocis oſtentatiōe. Jō
dicit Aug. x. confeſſio. Cum aūt accidit vt
me amplius cantus q̄ꝫ res que canitur mo-
ueat penaliter me peccare confiteor: ⁊ tūc
mallem non audire cantare. Jdeo dicit in
decretis. xcij. diſtin. c. Jn ſancta. Plerum-
qꝫ fit dū blanda vox querit cōgrua vita ne
gligatur. De illis dicit Hugo. in li. de clau-
ſtro anime. Quid inquit cantant vt place-
B ant populo magis q̄ꝫ deo? Qui ſic cantant
non cantant in choro cuꝫ ſorore moyſi: ſed
in pallacio cum herodiade vt placeant he-
rodi ⁊ diſcumbētibus. Timeo aūt ne dele-
ctentur in altitudine vocis: ꝙ ſic etiam de-
lectentur elatiōe mentis. Tales etiā in pre
ſenti vita cōfunduntur frequenter. Huius
exemplum ptꝫ in quodaꝫ ſacerdote q̄ peſſi-
me cantabat ſicut aſinus: tamē videbat ſi-
bi ꝙ optime caneret: ⁊ multum delectabat
in voce ſua aſinina. Qui cū ſemel in miſſa
cantaret prefationem: mulier quedam au-
diēs incepit dure flere ⁊ lachrymari. Q̄d
percipiēs ſacerdos putabat eam ꝓuocatā
ad deuotionē ex ſuo cantu ⁊ ex dulci ſua
melodia: ⁊ ob hoc ſacerdos magis eleua-
uit vocem ſuaꝫ: ⁊ mulier altius clamabat.
De quo ſacerdos in cantando miſſam ha-
buit magnā vanaꝫ gloriam. Et ſtatim poſt
miſſam vocauit eam ſacerdos coram toto
populo: ⁊ petijt ab ipſa q̄re ita dure fleret.
Cui dixit mulier. Dn̄e. Ego ſum iſta infe-
lix mulier: que perdidit altera die aſinum
ſuum: quē comederunt lupi. Et quādo au-
dio vocem vr̄am recordor aſini mei. Jdeo
qn̄ audio vos innouantur dolores mei de C
aſino amiſſo: ideoqꝫ cogor flere. Et ſic co-
ram oībus fuit cōfuſus. Jdeo dicit Eſopus.
Diſplicet imprudēs: vn̄ placere putat. Se-
cundo ideo canit: qa hoc deū magis dele-
ctat. iuxta illud Cantico. ij. Sonet vox tua
in auribus meis: quia ſic ſeruimus deo: nō
ſolum corde ⁊ ore: ſed etiaꝫ voce. Jdeo di-
cebat Apoſtolus. Pſallam ſpū: id eſt voce:
pſallam ⁊ mente. Et ſic cantare cum deuo-
tione eſt deo acceptū ⁊ valde gratum in ec
cleſijs. Et econtrario cantare cum deſidia
⁊ ſomnolentia ⁊ leuitate deo valde diſpli
cet. Unde modernis temporibus in oppido
gordis cannenenſis dioceſis: cum fratres
noſtri leues ⁊ indeuoti quadaꝫ nocte cum
inſolentia ⁊ truphis matutinam cantarēt
aperte viderunt diabolum in forma gigan
tis: ⁊ terribili aſpectu cū claua chorꝫ intra-
re ac ſi fratres leues vellet occidere. Q̄d
videntes fratres nimio terrore percuſſi ad
vnum chorum concurrerūt: cōtriti ſtatim
oēs deuotionē reſumentes: ſanctumqꝫ pa- D
trem inuocantes Auguſtinum. Tandem
hoſtis ille antiquus cū claua ſua ignea ſu-
per ſedē percuſſit: que veſtigiū cōbuſtiōis
in aſſere reliq̄t horribile. Quod ſignum ibi
adhuc mōſtratur: ⁊ ſic hoſtis ille euanuit.
Quarto qr eccleſiam militantē vertit in ſi-
militudinem triūphantis q̄ ſp deo iubilat.
vn̄ Bern̄. ſuper cantica. Nihil in terris ita
ꝓprie repn̄tat celeſtis habitationis ſtatuꝫ
ſicut alacritas laudātiū deū. Job. xxxviij.
Ubi eras cū me laudarent aſtra matutina
⁊ iubilarent omnes filij dei. Eſaie. lj. Gau-
dium ⁊ leticia inuenit in ea: grāʀ̄ actio ⁊
vox laudis. Sed hoc nō debet fieri cū ſom-
nolentia: ſicut quidā faciūt qui ſtant in cho
ro quaſi ſomniant. De quibus legitur ex-
emplum in vitaſpa. Quidam fratres fue-
runt valde ſomnolenti: ⁊ vnus de illis ſte-
tit in choro dormiendo: ⁊ videbatur ſibi ꝙ
diabolus veniret ad chorum cum chalda-
rio pleno pice ⁊ ſulphure: ⁊ cepit circum-
ire ſedes fratrū: ⁊ propinauit vnicuiqꝫ fra
trū vnuꝫ coclear plenum de pice. Ueniens
aūt ad eum: volenſqꝫ etiā ſibi propinare re-
traxit caput ſuum: ⁊ percuſſit caput ad ſe-
dem vſqꝫ ad effuſionem ſanguinis: ⁊ ſic ex-

E pergefactus eſt. Quinto inimicos eccle=
ſie ꝑturbat. j. Paralip. xx. Cum cepiſſent
laudes canere vertit dñs inſidias inimico=
rum in ſeipſos: ⁊ percuſſi ſunt. dicit Mar
tinus ĩ chro. ſua. ꝙ anno dñi. M. cxlj. Flo
ruit rex Robertus tempore Joãnis pape.
xix. qui fuit rex francoꝝ vita ⁊ ſcientia ꝓ=
clamatus. Qui tante deuotionis fuit ꝙ in
feſtis ſemꝑ in aliquo monaſterio propter
officiū voluit eſſe. Et non ſolum cū mona=
chis cantabat: verūetiam ꝓpria ſerica in=
dutus choruꝫ regebat. Unde cū quoddam
caſtrū obſediſſet dimiſſo exercitu ꝓpter fe=
ſtum ſancti Auiani aurelianum venit. Et
cum chorum regendo ibidem alta voce ter
agnus dei flectendo genua incepiſſet: mu=
ri caſtri: quos obſederat funditus corrue=
runt. Hic etiam fecit ſequentiam. Sancti
ſpūs aſſit nobis grã. Hec Martinus. Se=
xto diabolū fugit. j. Regum. xvj. Tollebat
citharam Dauid ⁊ pſallebat manu ⁊ receſ
ſit ab eo. ſ. Saul ſpiritꝰ malus: deuotio da
uid quam habuit expulit demoneꝫ. Septi=
mo cor ad infuſionem grẽ preparat. Unde
Grego. ſuper Ezech. Cum vox pſalmodie
ꝑ intentionē cordis agit̃: omĩpotenti deo
F iter ad cor ꝑparat̃. pš. Pſalmuꝫ dicite no=
mini eius. Sequitur. Iter facite ⁊c̃. Item
iiij. Regū. iij. Cuꝫ caneret pſaltes facta eſt
ſuꝑ heliſeū manus dñi. Octauo triſticiam
malam depellit. Glo. ſuꝑ verbo Jaco. v.
Triſtatur aliqs veſtrū. Crebre pſalmodie
triſticiã paſſim e corde depellunt. Ideo di
cit Dauid. Exultabūt labia mea cum cãta=
uero tibi. Dicit Hug. in didaſcalon. ꝙ can=
tus incepit tꝑe Dauid. Qui cultum dei vo
luit ſolennius ampliare: cantores inſtituit
qui coram arca federis muſicis inſtrumen=
tis ⁊ modulatis vocibus decantarent. In=
ter quos precipui erant Eman ⁊ Aſaph ⁊
Ethan. vt patet in lib. Paral̃. Sed tamen
in primitiua eccl̃ia diuerſi diuerſa quiſqꝫ
pro ſuo velle cantabant dūmō quod canta
bant ad dei laudem caneret. Verū Theo=
doſius imꝑator rogauit Damaſum papaꝫ
vt ꝑ aliquē prudentē ⁊ catholicū virum ec
cleſiaſticū officium ordinari faceret. Unde
idem papa ꝓcepit btõ Hiero. in bethleem:
quatenꝰ officiū ordinaret. Ipſe nãqꝫ noue=
rat multas linguas hebraicam: chaldaicã
grecam ⁊ latinã. Quod ipſe obtēperãs fe= G
cit. Ordinauit itaqꝫ quantuꝫ de pſalmis in
die dñica: quantū in feria ſecunda ⁊ tertia
⁊c̃. cantaret̃. Euãgelia quoqꝫ ⁊ epiſtolas
q̃ de no. ⁊ ve. teſta. legunt̃: magna ex par=
te ordinauit. Qđ opus expletū. Idē Hie=
ronymus romaꝫ miſit ⁊ a damaſo canoni=
ſatum eſt ⁊ ꝓceptū eſt cunctis eccleſijs ob=
ſeruari. Hec Guilhelmus durãdi in ratio=
nali diuinoruꝫ. Conſequenter tñ b. Greg.
⁊ Gelaſius orationes ⁊ cãtus addiderūt
gradualia ⁊ alleluia ⁊ reſponſoria ad miſ=
ſam cantari inſtituerunt. Quod etiaꝫ fecit
beatus Ambroſius. Nam legit̃ in vita Gre=
gorij. Eo tēpore duꝫ ambroſianū officium
magis q̃ gregorianū ab eccleſijs ſeruare=
tur: romanus põtifex adrianus concilium
cõuocauit. Inde ſtatutū eſt vt gregorianū
officium vniuerſaliter deberet obſeruari.
Cuius rei karolus imperator executor exi
ſtens: per diuerſas diſcurrens prouincias
omnes clericos minis ⁊ ſupplicijs ad hoc
cogebat ⁊ libros ambroſiani officij vbiqꝫ
comburebat multoſqꝫ clericos rebelles in= H
carcerauerit. Proficiſcēs etiam beatꝰ Eu=
genius ad cõciliū inuenit ipſum concilium
per triduū iam ſolutū: ſuaqꝫ prudentia do=
minum papaꝫ adijt ⁊ induxit oẽs prelatos
q̃ cõcilio interfuerunt reuocauit: cõcilio er
go cõuocato oĩm patrum hec vna erat ſen
tentia: vt miſſale ambroſianū ⁊ gregoria=
nū ſuper altare ſancti Petri ponerentur:
vt dominus ꝑ ſignū aliqđ reuelaret: ⁊ fo=
res eccleſie optime clauderentur ⁊ ſigillis
epiſcopoꝝ diligentiſſime munirentur ⁊ to
ta nocte inſiſterent: quod horū officiorum
ab eccleſijs magis obſeruari vellet. Sicqꝫ
ꝑ oĩa vt ordinauerat facientes. Mane ia=
nuas eccleſie aperuerunt: ⁊ vtrūqꝫ ſuꝑ al=
tare inuenerunt. Vel vt alij aſſerūt. Miſſa
le gregorij penitꝰ diſſolutum: ⁊ huc illucqꝫ
diſperſum penitus inuenerunt. Ambroſia=
nū ꝟo ſolūmō apertū ſuꝑ altare in eodem
loco in quo ipm̃ poſuerūt inuenerūt. Quo
ſigno diuinitus docti ſunt vt gregorianuꝫ
officium deberet per totuꝫ mūdū diſpergi:
ambroſianuꝫ tñ in ſua eccleſia obſeruari.
Et ſic ſancti patres ſtatuerūt: ⁊ hodierna

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A die obſeruat᷑. ¶ Terti⁹ cant⁹ eſt honoris
ꝛ dignitatis. de q̃. j. Regum. xviij. Egreſſe
ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus iſrael
cantantes ꝛ pſallētes. Percuſſit Saul mil
le: ꝛ Dauid decem milia. Sic etiam can-
tauerūt moyſes ꝛ filij iſrael egyptijs ſub-
merſis. Exo. xiiij. Hec aūt cantica canta-
uerunt multis de cauſis. Primo ꝑpter ex-
cellentē victoriā inimicoꝝ: qualia fuerunt
illa duo cantica ꝑmiſſa. Secundo in libe-
ratione alicui⁹ magni ꝑiculi: quale fuit cā-
ticū Judith. vtꝫ Judith vlti. c. q̃ dixit do-
mino canticū in tympanis: q̃a tūc fuerunt
liberati ab Holoferne: ꝛ propter hoc Eze-
chias fuit ꝑcuſſus in infirmitate: quia non
cātauit canticū dn̄o. ſicut ptꝫ Eſa. xxxviij.
ꝛ. iiij. Regū. Qd̄ tn̄ poſtea fecit recupera-
ta ſanitate. Tertio cantauerunt cantica in
beneficioꝝ receptiōe. vn̄ pſ̄. Cātabo dn̄o
qui bona tribuit mihi. Sic cantauit Anna
j. Reg. ij. Exultauit coꝛ meū ꝛc̄. Etiam de
ꝓlis receptione: ꝛ ſic btā virgo cantauit di
cēs. Magnificat aīa mea dominū. Sed in
B tali generatiōe ꝓlis. ſ. chr̄i plus omnibus
alijs debemus canere illud cāticum. In q̃
de⁹ fecit nobis magna. Nam in tali benefi-
cio incarnatiōis eſt nr̄a natura ſuꝑ omnes
angelos exaltata. Etiam noſtra natura re
dēpta eſt a morte ꝑpetua. Jdō qn̄ canit᷑ cre-
do ꝛ qn̄ ꝑuenit᷑ ad illud. Et hō fact⁹ eſt: de-
bem⁹ oēs flectere genua: ad gratiādū deo
de tam magno bn̄ficio. Jdō canit᷑ pro ſexto
pſalmo: q꞉ in ſexta etate tale beneficium fa
ctū eſt nobis. Ideoq꞉ qn̄ canit᷑ magnificat:
quod eſt canticū virginis quilibet debet re
uerenter ſurgere cum capite diſcooperto ꝛ
deuote canere ꝛ recolere bn̄ficiū incarna-
tionis. Quarto cantauerūt canticū nouū
in ꝓmiſſi adeptione: qualiter Simeon can
tauit illud canticū. Nūc dimittis ſeruū tuū
domine: ſm̄ verbum tuū in pace. Quia re-
ſpōſum accepit a ſpirituſancto ſe non viſu-
rum mortem: niſi videret chriſtū dn̄i. Qui
cum accepit eū ī vlnas ſuas cantauit illud
canticū. Nunc dimittis ꝛc̄. Ideo canimus
illud in cōpletorio in fine diei: quia Simeō
cantauit illud in fine vite ſue. Quinto can-
tabant cantica noua in beneficiorum recoꝛ
datione: quale fuit canticum Eſaie. vtꝫ. c.
v. dicens. Cantabo dilecto meo canticum C
patruelis. Ideo dicit Propheta. Cantate
dn̄o canticū nouū: laus eius ī eccleſia ſan-
ctoꝝ. Nam ſi reducimus ad memoriā bene-
ficia a deo recepta: iugiter ꝛ imꝑtermiſſe
eſſet a nobis laudandus. Nam in creatiōe
multa recepimus. ſ. corpus pulchꝛū ꝛc̄. Vn̄
poeta. Pronaq꞉ cum ſpectent animātia ce-
tera terram. Os homini ſublime dedit: ce-
lumq꞉ videre Juſſit: ꝛ erectos ad ſidera tol
lere vultus. Inſuper ꝛ recepimus aīam ra
tionalem in illo corpore. Tertio dominiuꝫ
omniū creaturaꝝ mundi. vnde pſ̄. Om̄ia
ſubieciſti ſub pedibus eius: oues ꝛ boues
vniuerſas ꝛc̄. Quarto cuſtodiā angelorū.
pſ̄. Angelis ſuis mandauit de te: vt cuſto-
diant te in om̄ibus vijs tuis. Quinto nos
cibat ſuo corꝑe ꝛ ſanguine precioſo. Joā.
vj. Caro mea vere eſt cibus: ꝛ ſanguis me-
us vere eſt potus. Sexto creauit nos ad
eternā beatitudinē. vt patet ꝑ magr̄m ſen.
lib. ij. di. j. Ideo creatus eſt homo: vt deuꝫ
diligat ꝛ diligendo poſſideat. Quinto eſt
canticum inexplicabilis dulcoris ꝛ felicita- D
tis: quod cantant generaliter innocentes
ꝛ deum videntes. ſm̄ illud Apocalip. xiiij.
Nemo poterat dicere illud cāticum niſi cē-
tum quadraginta quatuoꝛ milia qui empti
ſunt de terra. Hij ſunt eñ qui cum mulie-
ribus non ſunt coinquinati: virgines enim
ꝛc̄. Per. cxliiij. milia vniuerſitas ſanctoruꝫ
deſignatur qui quotidie deū laudant. Per
canticum preſumitur ꝙ etiam ibi ſit cātus
vocalis: quia Eſaias audiuit duos cheru-
bin: qui clamabant alter ad alterum. San-
ctus: ſanctus: ſanctus: domin⁹ deus ſaba-
oth. Jmmo poſt hāc vitam erit laus voca-
lis in patria poſt reſurrectionē generaleꝫ.
dicente Dauid. Exultationes dei in guttu
re eorum. Quod etiam probat Magiſter
Egidius in quotlibetis. quotlibeto ſexto.
q. vltima. triplici rōne. Primo quantum ad
deū: q̃a teſte apl̄o nihil habem⁹ quod non
accepimus. j. ad Corinth. iiij. Habemus
enim a deo corpus ꝛ animam. Ergo cum
vtroq꞉ debemus ſibi reddere laudes: hic et
in patria non ſolū ad laudandū mētaliter
q̃a accepimus ab eo mentē: ſed etiam voca
liter: q꞉ accepimus ab eo corpus. Secundo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E alia membra:vt viſus auditus greſſus ha-
bebũt ibi ſua officia:q̄re non lingua q̄ p̄nci-
paliter data eſt homini vt deũ laudet. Ter
tio hõ naturaliter eſt anĩal politicum. ſm
Ariſto.j.poli. Ideo ſibi datus eſt ſermo q̄
nulli animali eſt datus. Sed in patria loq̄-
la vocalis non tollit: immo pficit ſicut ⁊ ſo
cietas amātiſſima. Et dr q̄ tunc ſancti ha-
bebunt aerem cõnaturalē in gutture ad lo-
quendũ ⁊ laudanduz: ſicut hõ nunc habet
aerem cõnaturalē in aure ad audiendum.
Ideo ibi non indigent aere exteriori ⁊c̄.

¶ Honora patrem ⁊ matrem.

SEcundo iſtum patrem debemus ho-
norare in ei⁹ benedicto filio dño no-
ſtro ieſu chriſto. Quia ipſe dicit Lu.
x. Qui me ſpernit: ſpernit eum qui me mi-
ſit. Ergo a contrario. Qui eũ honorat: ho-
norat eũ qui miſit eũ.ſ.prem: ⁊ hoc debet
fieri tripliciter.ſ.

Semel ad minus in anno cõmunicando.
Miſſam omni die deuote audiendo.
Et ipſum reuerenter adorando.

¶ Primo debes ipſum ad minus ſemel in
F anno dulciter inuitare ad hoſpitium cor-
dis tui. Et qui hoc non facit peccat morta-
liter. Quia facit cõtra ſtatutum eccleſie, vt
patet de peni. ⁊ remiſ.c. Omĩs vtriuſq; ſe-
xus: niſi hoc dimittat ex rationabili cauſa
vtz infra. Solebant eñ in primitiua eccle-
ſia fideles omĩ die cõmunicare. vtz Act.ij.
Erãt perſeuerãtes fideles ĩ doctrina apo-
ſtolorum ⁊ in cõione fractionis panis. Su
per quo dicit mgr̄ in ſcholaſti. hiſtoria. Pa-
nis.ſ.euchariſtie: quia in p̄mitiua eccleſia
quaſi omni die accipiebant euchariſtie ſa-
cramentũ. Jõ dr de cõſe. di. xij.c. Illa. vbi
dr. Alij ieiunant ſabbatũ: alij non. Alij vo
quotidie cõmunicãt corpori ⁊ ſanguini dñi
alij certis diebus accipiũt. De illis dicitur
de cõſe. diſt. ij. quotidie euchariſtie cõmu-
nionem accipere nec laudo nec vitupero:
omnib⁹ tñ dñicis diebus cõicandũ eſſe ex-
hortor. Vñ dicit glo. q̄ etiam dicit Auguſt.
Ignorans mentes ſumentiũ vtrũ ſumant
digne: tanq; qui in mentem alterius vide-
re non potuit. Dicit archidia. ſuper eodē.
Nec laudo: q̄a eſt forte malus: nec vitupe-
ro: q: forte bonus eſt q̄ accipit. Vel non lau

do: quia hoc poteſt facere mala intentione: G
nec vitupero: quia hoc põt facere bona in-
tētione. Huius figura p̄ceſſit in vete. teſt.
in manna: qd filij iſrael omni die comede-
bant. vtz Exodi. xvj. Nam iſtud manna fu-
it ſignum ⁊ figura corpis chrĩ: qd omni die
ſumebant. Primo rõne originis: quia illud
deſcendebat de celo. Exo. xvj. Ecce pluaz
vobis panes de celo. Et hoc chrs dicit de
ſeipõ. Jo. vj. Ego ſum panis viuus qui de
celo deſcendi. Scdo rõne pulchritudinis.
Erat eñ illud manna candidum ⁊ albũ: ſi-
cut ſemen coriandri. Nume. xj. Et de chro
dicit in pš. Speciosus forma p̄ filijs. Ter-
tio rõne dulcedinis. Nam Sapiē. vij. dici-
tur. q̄ habebat in ſe omne delectamentum
⁊ oēm ſaporis ſuauitatē. Et q̄ ſe converte
bat ad quod quicunq; volebat. Sic corpus
chrĩ eſt mentali guſtui bene diſpoſito: oĩs
ſaporis ſpũalis ſuauitas. Quarto rõe ple-
nitudinis. de q̄ dicit Exodi. xvj. Qui plus
⁊ qui minus colligebant ſm eandē menſu
ram habebant. Sic de chro non plus perci
pit qui mille hoſtias comedit q̄ qui vnam:
nec minus qui milleſimam pcipit q̄ qui to- H
tam. Quinto rõne collectionis: q̄a collige-
bat de mane: ſic corp⁹ chrĩ debet accipi ie-
iuno ſtomacho. de cõſe. diſt. ij.c. Liquido.
Sexto rõne durationis. Durabat eñ man
na q̄diu fuerunt filij iſrael in deſerto. Cũ
aũt attigerunt finē terre p̄miſſionis defe-
cit ille cibus. vtz Joſue. v. Sic ⁊ noſtrũ ſa-
cramentũ durabit q̄diu hoĩes ſunt in de-
ſerto huius miſerie. Depoſt ſurrexit alius
modus: qui fuit: q̄ omẽs fideles cõicabant
omĩbus diebus dñicis. Et ſic a p̄mo feruo
re receſſerunt. Jõ dicit Aug. vbi. ſ. in.c. q̄-
tidie. Oĩbus tñ dñicis diebus cõicandum
exhortor. Iſte modus figuratus eſt in pa-
nibus propoſitionis: qui omni ſabbato co-
medebãtur a ſacerdotibus. vtz Exo. Sed
ille modus iterũ venit in diſſuetudinem: ⁊
ſurrexit tertius modus.ſ. q̄ omẽs chrĩani
ad minus in quattuor feſtiuitatibus cõmu-
nicabant. Ideo dr de cõſe. di. ij. ca. Secula
res qui in natali dñi paſche ⁊ pentecoſtes
non cõicauerint catholici nõ credant: nec
inter catholicos habeantur. Ibidem.c. Si
non frequentius: ſaltem ter in anno homi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ñes cõicent: niſi forte quis maioribus cri=
A minibus impediatur. In paſcha penteco=
ſten ⁊ natalis domini. Huius figura p̃ceſ=
ſit in veteri teſtamento. vt patet Deutero.
xvj. vbi legitur. Tribus vicibus per annū
apparebit omne maſculinum in conſpectu
domini dei tui: ĩ loco quem elegerit ſcilicet
paſcha pentecoſte ⁊ ſcenophegie. Sed il=
le modus iterũ abijt in diſſuetudinẽ ⁊ ve=
nit quartus mod⁹. ſ. ꝙ quilibet chr̃icola te=
netur cõmunicare ex p̃cepto eccleſie ad mi
nus ſemel in anno. vt patet de peniten. ⁊
remiſ. cap̃. Omnis vtriuſq̃ ſexus. vbi dici=
tur. Suſcipiens reuerenter ad minus in
paſcha euchariſtie ſacr̃m niſi forte de pro=
prij ſacerdotis cõſilio ob aliquã rõnabilem
cauſam ad temp⁹ ab eius ꝑceptione duxe=
rit abſtinendum. Alioquin viuens ab in=
greſſu eccleſie arceatur ⁊ moriẽs chr̃iana
careat ſepultura. Vñ hoc ſalutare ſtatutũ
frequenter in eccleſijs publicetur ne quiſq̃
ex ignorantie cecitate velamen excuſatio=
nis ſumat. Hec ibi. Dicit ergo primo ſuſci=
B piens reuerenter: quia debet accedere cũ
magna deuotione accedendo ad altare cũ
veſtibus melioribus: non ad pompam: ca=
putio depoſito in viris: flexis genib⁹: mun
dando os ⁊ dentes. Ieiunus. q̃ d̃r de cõ.
diſtinctiõe. ij. c. Liquido. ꝙ excepta neceſ=
ſitate euchariſtia eſt ieiuno ſtomacho ſu=
menda: ⁊ ſeculares in thoro legitimo exi=
ſtentes: debent ſe abſtinere ab opere car=
nali tribus vel quatuor diebus ante eucha
riſtie ſumptionem. vt patet de cõſe. di. ij. c.
Omnis homo. dicit gloſa. ſuper verbo ab=
ſtinere. quantũ in ſe eſt non exigat: exact⁹
tamen reddere debet quolibet tempe. Se=
cundo dicit ad minus ſemel: q̃a p̃ſumitur
alias de eo contra eum de infidelitate vt
in. c. vbi ſupra ſeculares. ⁊ in. c. Om̃is ho=
mo ibidem. niſi ad humilitatem vel pecca=
ti conſcientiã ipſum obmiſiſſe perhibetur.
Unde dicit lex. Qui ſe ab eccleſia ſeparat:
nec ſanctam cõmunionẽ accipit hereticus
eſt credendus. vt p3 in autentico de priui.
dotis hereti. mu. non preſtan. collati. viij.
Unde qui per longa tẽpora ſacramentum
non petit contemnere videtur. ⁊ contra ta
lem de infidelitate preſumitur. Tertio di=
cit ꝙ hoc debet fieri in paſcha: quia hoc tẽ C
pus eſt aptius: tum ꝓpter tempus quadra=
geſimale precedens in quo purgantur cri=
mina: tum etiã q̃a in memoriam paſſionis
dñice eſt inſtitutũ que ꝓxima die veneris
eſt acta. Quarto dicit. niſi de proprij ſacer
dotis conſilio ⁊c̃. quia ob cauſam rationa=
bilem poteſt quis abſtinere ab euchariſtia:
ſed non a penitẽtia vel confeſſiõe. ⁊ ſm̃ Io
annem andree. qui gerit inuidiam vł odiũ
vel habet peccatũ de quo dicit ſe non poſ=
ſe abſtinere: ⁊ ſic non eſt penitẽs neq̃ mun
dus. Quinto non debet facere propria au=
ctoritate: ſed ex conſilio. Ideo dicit text⁹.
Niſi cõſilio rõnabili ad temp⁹ ab eius per=
ceptione abſtineat. Sexto non conſilio cu=
iuſcunq̃ ſacerdotis vel religioſi aut ſancti
ſed proprij ſacerdotis. Septio ꝙ iſta cauſa
debet eſſe rõnabilis ⁊ non leuis. Octauo
ꝙ ad illud conſilium vel abſtinentia debet
eſſe ad tempus ⁊ non ad ꝑpetuũ. Dubitaꝛ
quare laici non cõmunicant ſub vtraq̃ ſpe
cie ſicut ſacerdotes: ſed tantũ ſub ſpecie pa
nis: ſicut bohemi ⁊ alij heretici garriunt D
contra eccl̃iam? Rñdetur. Primo propter
periculũ diſtillationis ⁊ effuſionis ſangui
nis dñi nr̃i: quẽ tractare ẽ valde periculo=
ſum ꝓpter ſpecierꝫ naturalium fluxibilita=
tem que de facili effundi poſſent: cũ in mul=
titudine p̃ſertim ſit p̃ſſura. Et ad cõicatio=
nem veniunt hoies tremuli ⁊ infirmi: par=
uuli barbati ⁊ annoſi: circa quorꝫ ſacri ſu=
ſceptionem effuſiõis periculũ immineret.
Scd̃a rõ eſt ꝓpter vitare errorẽ: q̃ popul⁹
cõis ⁊ groſſus: qui tm̃ iudicat ſm̃ ſenſum
poſſet credere chr̃m non eſſe totũ ſub vna
ſpecie. Quia ſanguis ſumiꝛ ab oĩbus cõi=
cantib⁹ ſub ſpecie panis. Nam chr̃s totum
ſanguinẽ reaſſumpſit in reſurrectione. vt
dicit. s. Tho. in. iiij. ſentẽ. diſtin. iiij. Ergo
aſſumens corpus etiam accipit ſanguinẽ:
q̃a corpus ſine ſanguine eſſe non põt: quã=
uis ſub ſpecie panis ibi ſit corpus ex vi ver
borꝫ conſecrationis: ⁊ ſanguis ex cõcomi=
tatione propinqua. Tertia ratio eſt vt ve=
ritas reſpondeat figure: quia in lege nihil
habebant etiam offerentes de libamine:
ſed hoc ſpectat ad ſacerdotes. Quando
ergo dicunt heretici illud Ioãnis. vj. Niſi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E manducaueritis carnem filij hominis ꝛc.
Reſpondetur ꝙ hoc intelligit̃ ſpiritualiter
non corporaliter ſꝫm ꝙ chr̃s infra exponit
dicens. Uerba que ego locutus ſum ſpiri-
tus ⁊ vita ſunt: quia ſpũs eſt qui viuificat
caro aũt id eſt carnalis ſenſus nihil ꝓdeſt.
Dubitat̃ ſecundo: quare nõ ſumimꝰ chr̃m
ſub propria ſpecie. ſ. carnis: ſed ſub ſpecie
aliena ⁊ ſub ſpecie panis. Reſpõdet̃ ꝙ hoc
fit ꝓpter tria. Primo ne horreamus cruo-
ris ⁊ ſanguinis ſumptionem. vtz de cõſe.
diſt. ij. c. Forte dicas: q̃a multi ſunt qui ab-
horrerent ſumere carnem crudam aut ſan-
guinẽ. Secũdo vt vitaremus paganoꝝ ⁊
infideliũ deriſionẽ. vtz de cõſe. diſtin. ij. c.
vtrũ in fine. Tertio ꝓpter meritũ fidei. vtz
de cõſe. di. ij. c. quid ſit ante finem. Quia fi-
des non habet meritũ: vbi humana rõ pre-
bet expimentũ. Ergo illud ſacramentũ q̇-
libet chr̃ianus tenet̃ ſemel in anno ad mi-
nus accipe. Cuius figura p̄ceſſit in veteri
teſtamento in comeſtione agni paſchalis:
qui ſemel comedebatur in anno. ſ. decimo-
quarto die menſis primi: in ſignum ꝙ ne-
F mo debet accipe illud ſacr̃m: niſi impleuit
decem precepta cũ quatuor euãgeliis. Ca-
put cũ pedibus. i. diuinitatẽ cũ humanita-
te. aſſum igni. i. crucifixum in cruce. cũ la-
ctucis agreſtibus. i. cum amaritudine pe-
nitẽtie. baculũ. i. fidẽ habeat. in manibus.
id eſt ĩ intellectu. cũ panibus azymis id eſt
ſine conſcientia alicuius fermenti. i. pecca-
ti. Debent comedere feſtinanter. id eſt ex
feruenti deſiderio. renes veſtros ſuccinge-
tis: id eſt opus carnis non facietis: exem-
plo Oze qui fuit ꝑcuſſus. ij. Reguꝫ. vj. De
hoc nota ſupra de celebratione ſabbati in
ſermone de peccatis carnis. Etiam exem-
plo Abimelech qui noluit dare ſeruis da-
uid panes ꝓpoſitionis: niſi eſſent mundi a
mulieribus. vtz. j. Reg. xxj. O quantoma-
gis requirit̃ mũditia in ſumptione eucha-
riſtie. Calciamẽta in pedibus. id eſt terre-
na non debemus tunc tangere ꝑ inordina-
tum amorẽ. Sed alienigena ſeruus ⁊ ad-
uena de agno comedere nõ poterant. id eſt
excõmunicati infideles ⁊ publici peccato-
res. Etiam non debent ſumere hoc ſacra-
mentũ pueri iuuenes fatui ⁊ ſtulti nõ habẽ-
tes vſum rõnis. Quarto quilibet tenentur
⁊ debent cõicare exiſtentes in extremis: ⁊ G
hoc propter tria. Primo ꝓpter cõfortatio-
nem: quia homo habet ire longam viam.
Et ſicut corpus ſine cibo deficit ⁊ ꝑ cibum
cõfortatur. Sic aĩa ꝑ illum cibũ. i. ſacramẽ-
tum euchariſtie. Unde. iij. Reg. xix. Ange-
lus dixit Helie. Surge comede: grandis
enĩ reſtat tibi via. Qui ſurgens ⁊ comedit
⁊ ambulauit in fortitudine cibi illius vſꝫ
ad montem dei oreb. Sic homo conforta-
tione cibi illiꝰ. i. venerabilis ſacramẽti de-
bet ambulare ad montem dei. id eſt ad ce-
lum: quia illud ſacramentum eſt cibus ani-
me: nõ corpis. Secũdo euchariſtia iõ da-
tur homini in agone: q2 moriturus eſt itu-
rus per viam tenebroſam ⁊ ignotam. Er-
go vt ductorem habeat qui viam ei oſten-
dat: ⁊ ſaluo conductu eum cõducat: tũc ho-
mo accipit iſtud ſacramentum. i. chr̃m. Uñ
Pſ. Notam fac mihi viam in qua ambulẽ:
quia ad te leuaui animam meã. Debet in-
firmus deuote petere. Et iteꝝ. Notas feci-
ſti mihi vias vite: adimplebis me leticia cũ
vultu tuo. Item moriens non ſolum vadit H
viam ignotam: ſed etiam tenebroſam. Er-
go deuote debet chr̃m in ſacramento acci-
pere: q̇ eſt lux vera que illuminat oẽm ho-
minem venientẽ in hũc mũdũ: vt ei illumi-
net illam viam tenebroſam. Ideo dat̃ ho-
mini candela ad manũ: vt chr̃s qui eſt lux
ſibi illuminet ad vitam eternam. Hoc quiſ-
ꝗ moriens deſiderare debet cum ſibi cãde-
la ad manuꝫ dat̃. Tertio ideo euchariſtia
dat̃ homini morienti: q2 tunc magnum pre-
liũ inſtat hoĩ: q2 maximas tentationes hõ
in fine vite habet. Ergo vt homo habeat
protectorẽ in fine vite ſue: tunc ſumme de-
bet deſiderare chr̃m in ſacr̃o: quia diaboli
tũc te maxime infeſtãt: ⁊ omnes amici tui
te dereliquerunt ⁊ nullus proteget te: tunc
chr̃m in ſacr̃o ſumimus vt nos protegat: ⁊
defendat cum angelis ſuis. Dani. vij. Mi-
lia miliũ miniſtrabant ei: ⁊ decies centena
milia aſſiſtebant ei. Qđ aũt tũc demones
maxime infeſtant hoĩem: ptꝫ per tale exẽ-
plũ: quod ponit Ceſarius de quodam mili-
te qui erat iacens in agone. Ad quem ve-
nit diabolus in ſpecie ſimie habentis cor-

nua ad modum capre. Territus ille dixit.
A Que es tu monſtruoſa illa beſtia? Reſpō-
dit. Ego ſum diabolus expectans animaʒ
tuā. Et ille. Nō habebis in me partē. Tunc
miles interrogauit euʒ. Unde venis. Et il-
le. De obitu alicuiꝰ abbatiſſe. Tunc ait mi-
les. Eratis ibi multi? Reſpōdit diabolus.
Eramus ibi tot quot ſunt arene in littore
maris. Tunc miles interrogauit eum. Ubi
eras quādo moriebatur quidam comes ſi-
bi notus. Reſpōdit diabolus ꝙ erat ibi tan
tus cum tanta ſocietate quot ſunt folia in
maxima ſilua. Tunc miles. Ubi eras quan
do moriebat̃ ſanctꝰ Bernhardus. Reſpō-
dit ꝙ erat ibi cum tota ſua comitiua. Et il-
le. Quō eſt ꝙ vos maligni ſpiritꝰ eſtis au-
ſi accedere ad fineʒ ſanctoꝝ viroꝝ. Reſpō
dit diabolus. Non mireris. Ego eram il-
le qui ſtetit in ſiniſtro brachio crucis quan-
do chr̄s moriebat̃: ⁊ ſperabam me habere
aīam illius: ⁊ ſic diſparuit. Quinto q̄a exi-
ſtentes in paradiſo .ſ. Enoch ⁊ Helias ⁊ ſi
qui alij ſunt: videntur cōicare. Immo dicit
B mgr̄ Jo. zacharie ſuper illud Apocal̃. xij.
Apertum eſt tēplum in celo. Satis ꝓbabi-
le eſt ſacerdotes in ſtatu innocentie: cor-
pus chr̄i: virtute verboꝝ quibus nūc in cō-
ſecratione vtimur confeciſſe ⁊ alijs non ſa
cerdotibus in augmentū ꝑfectionis dediſ-
ſe: qd̄ ꝓbat ſic. Nam natura humana ſi in-
tegra in ſtatu innocentie ꝑmanſiſſet cibuʒ
ſuū habuiſſet congruū ꝑ aīa ſicut habuit li
gnum vite ꝑ corpore. Sed nullus cibus eſt
ita congruus aīe ſicut panis celeſtis: ḡ ⁊c.

¶ De honore beate Marie virginis.

S Ecundū ſentētiā Ariſto. j. lib. retho.
Honorant̃ inquit iuſte q̄ bn̄ficia pre-
ſtiterūt vel bn̄ficia p̄ſtare pn̄t in his
q̄ ad ſalutē ꝑtinēt. Sed de btā virgīe infini
ta accepimus beneficia teſte doctore mel-
liſluo Bernhardo in quodaʒ ſermone qui
incipit. Signū magnū apparuit in celo: di-
cens. Maria omnibus ſinum miſericordie
aperuit: vt de plenitudine eiꝰ accipiāt vni-
uerſi. Captiuus redemptionem: eger cura
tionem: triſtis conſolationem: peccator ve
niā: iuſtus grām: angelus leticiaʒ: tota tri-
nitas gloriā. hec Bern̄. Cum decurriſſent
a creatione prime eue anni circiter quinqꝫ
milia. cxcix. cōcepit litteris verſis eua: cui C
angelus dixit. Aue grā plena dn̄s tecum:
bn̄dicta tu in mulieribꝰ. vtʒ Luc̄. j. Et ſicut
vna eaꝝ erat dānatrix: ita alia redēptrix
vna vocatur eua: alia ecōuerſo literis ver-
ſis aue. Ita ecōtrario habuerunt ſe in mo-
ribus. dicente beato Auguſti. in ſermone
quodam. Eua inquit luxit: Maria exulta-
uit: eua lachrymas: maria gaudiū habuit ī
ventre. Quia illa peccatorē: iſta edidit in-
nocentem. Et infra. Mater generis no-
ſtri penam intulit mundo: genitrix dei ſa-
lutem attulit mundo. Auctrix peccati eua
auctrix meriti Maria. Illa occidendo ob-
fuit: iſta viuificando profuit. Percuſſit il-
la: ſanauit iſta. Pro inobedientia eue: obe
dientia cōmutatur marie. hec Aug. Jō am
bos parentes beatus Bernhardus ſuper
miſſus eſt. ſic alloquitur Omelia prima di
cens. Letare tu pater adam: ſed magis tu
mater eua exulta: quia ſicut omniū fuiſtis
parentes: ita omniuʒ fuiſtis peremptores
magis q̄ꝫ parentes: ambo tamen conſola-
mini ſuper filia. Uerumtamē hee due mu- D
lieres: eua damnatrix: maria ſaluatrix in
multis conueniunt. Nam ambe fuerunt mi
raculoſe producte. Illa de viri coſta: iſta
de ſterili matre Anna. Ambe q̄ꝫ cito ſuſce
perunt vitam ſuſceperunt ⁊ gratiam. Il-
la in paradiſo: hec in matris vtero. Eua
in ſua etate habuit magnam rerum notici-
am: Maria autem in etate adulta tantam
accepit a ſpirituſancto rerum humanarū
⁊ diuinarum ſcientiam quantum poſſibile
eſt homini: vt dicit beatus Bernhardus
vbi ſupra in eodem. Merito ergo ipſa tan-
quam mater omnium noſtrum eſt pre cun-
ctis creaturis honoranda. ¶ Circa quod
notandum ꝙ multe ſunt cauſe ꝓpter quas
aliquis eſt honorandus. ſm̄ Thomam de
aquino ⁊ Johannem de ſancto Geminia-
no. Primo propter virtutem. Unde dicit
Ariſto. iij. Ethico. Honor eſt premium vir-
tutis. vn̄ q̄cunqꝫ cognoſcit̃ virtuoſus: talis
eſt honorādus: q̄r habet materiā honoris.
Uerbi grā. Eſt humilis caſtus miſericors
⁊c̄. Jō dicit Ariſto. ij. ethico. Uirtuti perfe
cte nō pōt reddi cōdignus honor. Jō dicit
Aug. li. v. de ciui. dei. c. xij. ꝙ antiquitꝰ ro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

E mapi colebant virtutē ⁊ honorem ꝓ diis.
Vñ duo templa cōſtruxerunt ſic ſita ꝙ nul-
lus poterat intrare templum honoris niſi
prius ptranſiret tēplum virtutis: ad ſignifi
candū ꝙ null⁹ dignus eſt honoris niſi me-
ruerit eundem honorē. Sed virgo glorio-
ſa non fuit ſola virtuoſa: ſed etiā exemplū
omniū virtutū: ergo ipſa eſt maxime hono-
randa. Fuit eñ exēplar caſtitatis: humili-
tatis: miſcd'ie ⁊ pietatis. Nam ipſa fuit pri-
ma q̄ deo vouit virginitatē: qđ ptꝫ ex eius
rñſione ad angelum. Quō inqt fiet iſtud:
quoniam virum non cognoſco: id eſt in vo-
to ⁊ in ꝓpoſito habeo non cognoſcere vi-
rum ſicut cōiter dicit̄. Nō comedo carnes:
id eſt in voto habeo nō comedere carnes.
Sic in ꝓpoſito dixit beata virgo maria. Vi
rum non cognoſco. Vouit tñ ſub conditio-
ne. ſ. niſi deus vellet aliter cum ea diſpone
re. Ideo ei modū angelus exprimit dicēs.
Spūſſanct⁹ ſupueniet in te: ⁊ virt⁹ altiſſi-
mi obumbrabit tibi. id eſt non ꝑ virum: ſed
ꝑ opationē ſpūſſancti fiet iſta cōceptio: nō
de ſpū diabolico. ſicut narrat Aug. lib. xiij.
F de ciui. dei. c. ⁊ c̄. De quibuſdam ſpiritibus
quos gallici druſios vocant: qui feminas
corrumpunt ⁊ impregnant. Sicut legit̄ ge
nitus merlinus vates britanie. De quo vi-
de Martinū in chronica: quō fuit fili⁹ vir-
ginis ⁊ caruit pr̄e. Silr̄ hiſtoria tangitur
iii. de ciui. dei. c. v. ꝙ virgo veſtalis genu-
iſſe dr̄ romulum ⁊ remū: quos dixerunt ro
mani filios martis ⁊ deorum. Sed oēs dii
gentiū demonia. Si ergo hoc pōt ſpiritus
malus: quare nō potuit bon⁹: Itē de eius
humilitate ptꝫ Lu. i. cū dixit. Ecce ancilla
dñi: fiat mihi ſm verbū tuū. Que eſſet mu-
lier illa cum audiret ꝙ deberet eſſe mr̄ dei
que nō ſe eleuaret ⁊ tumeſceret ſicut p̊ma
mulier fecit cū a diabolo audiuit. Eritis ſi-
cut dii: ſtatim intumuit. Nō ſic fecit maria
vñ Berñ. ſup miſſus eſt. omel. iii. Non eſt
magnū humilē eē in abiectiōe: magna pre-
ſus ⁊ rara virtus humilitas honorata. Se
quit̄ ibidem. Vidi plures in eccl'ia de igno-
bilibus nobiles: de paupib⁹ diuites factos
ſubito intumeſcere: priſtine obliuiſci abie-
ctionis: genuſqꝫ ſuum erubeſcere: in fimos
dedignari parentes. Nō ſic fecit maria: qa
reſpexit humilitatē ancille ſue. Ideo dicit G
Berñ. ibidem. Laudabilis virtus virgini-
tas: ſed magis humilitas eſt neceſſaria. Il
la cōſulit̄: iſta p̄cipit̄. de illa dr̄. Qui pōt ca-
pere capiat. de illa dr̄. Niſi qs efficiat̄ ſicut
paruulus iſte nō intrabit in regnū celorū.
Illa ergo remunerat̄: iſta exigitur. Potes
deniqꝫ ſine virginitate ſaluari: ſine humili
tate non potes aliq̇ mō placere. Etiam ſi-
ne humilitate audeo dicere: nec virgini-
tas marie placuiſſet deo. hec Berñ. Ideꝫ
dicit. Homo eſt ſperma fetidū: ſaccus ſter-
coꝝ ⁊ cibus vermiū. Attende q̇d fuiſti. Vi
le ſemen: ſanguis coagulatus in vtero: q̇d
ſupbis puluis ⁊ cinis: cuius cōceptus cul-
pa: naſci miſeria: viuere pena: mori angu-
ſtia. Sꝫ q̇ ſe humiliat exaltabit̄. Lu. xviii.
Refert Valerius li. ix. ca. i. ꝙ brutus ⁊ tar-
quinius filii tarquinii inter ſe de dominio
patris altercantes petierunt tandē ab Ap
polline: quis illoꝝ regnare deberet in ro-
ma. Rñdit ille. Qui p̊mo mr̄em ſuam oſcu-
laretur. Quod audiēs brut⁹ ſubito cecidit
in terrā: ⁊ ipſam oſculat⁹ eſt dicēs. En ma-
ter mea q̄ me genuiſti: ⁊ tunc ille regnauit H
deinceps in roma. Sed quis eſt verus hu-
milis. Rñdet̄ qui fugit laudes ⁊ honores
huius mūdi: ⁊ qui diligit pſonas humiles
q̇a omne ſimile applaudit ſuo ſimili: ⁊ ſi ſe
ceteris viliorē reputat. Ad Philippen. ii.
In humilitate ſupiores inuicem arbitran-
tes. Nam aliqđ bonū poſſet eſſe occultum
in alio hoīe: quo ſit nobis ſupior: exemplo
apoſtoli q̇ fuit rapt⁹ in tertiū celū: q̇ etiam
dicebat. Non ſum dignus vocari apl'us. i.
Coꝝ. xv. De. s. Franciſco legimus. qñ vi-
dit aliquē humiliorē ſe ⁊ viliorem: multum
ſe vilipendit. Item q̇ amat ab aliis ſperni:
⁊ vilis ab illis reputari. Cui⁹ exemplū po-
nit Grego. in dialogo. de quodam viro pu
ſille ſtature. Cui cum quidam dixiſſet ꝙ ni
hil homis hr̄et. Protinus vir ſanctus ruit
in eius complexus ⁊ magnas gr̄as agere
cepit dicens. Tu ſolus es qui oculos aper-
tos habuiſti. Iteꝫ ſi ad oīa officia humilia
ſe paratum reddiderit: exemplo Abigail.
i. Regum. xv. Pro qua cum miſiſſet rex Da
uid vt eā accipet in vxorē. Ipſa reſpondit.
Famula tua ſit tibi in ancillam: vt lauet pe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

des ſeruoꝝ tuoꝝ. Ideo dauid dilexit eam
A ⁊ fecit eam reginaꝫ ſup ceteras mulieres.
Sic etiā btā virgo propter eius humilita=
tem facta eſt mr̄ dei. ¶ Secundo aliq̄s ho=
mo honorandus eſt ꝑpter dignitatē ⁊ po=
teſtatē: ⁊ ſic principes ⁊ prelati debent ho
norari a ſubditis. Ideo dicit̄ in decretis ꝙ
nos reuerentiam exhibere debemus ali=
cui ratiōe dignitatis eius.xvj.q.ij.ca.niſi
Non quidem rōne malitie: ſed inquantum
gerunt vicem dei ⁊ cōitatis cui preferun=
tur. Unde.j.Petri.ij. Deum timete: regem
honorate. Unde Auguſtinus in Regula.
Honore coram vobis ſit prelatus veſter.
Quanto ſunt maiores prelati: tanto plus
honorandi ſunt. Ut papa in toto mundo:
epiſcopus in dioceſi ſua: plebanus in par=
rochia ſua: magiſter ciuiuꝫ in ciuitate ſua.
Similiter vxor debet honorare maritū ſuū
quia vir eſt caput eius. Sic ſeruꝰ dominū
ſuum: ancilla dn̄am ſuam: ⁊ quilibet ſub=
ditus ſuū ſuperiorē: quē debet loco dei ho=
norare ⁊ ei obedire. Unde Apoſtolus ad
Romanos.xiij. Nō eſt poteſtas niſi a deo:
⁊ qui poteſtati reſiſtit deo reſiſtit. Ergo a
B fortiori virgo glorioſa eſt honorādā: quia
dignior eſt omnibꝰ creaturis: qꝛ eum de ſe
generauit q̇ eſt ſuper omnia benedictus in
ſecula. Etiam potentior cūctis qꝛ regina.
Ergo dixit ei angelus. Benedicta tu ī mu=
lieribus. Ipſa eſt iuxta mulieres natura=
li cōformitate. Ideo vocauit eam bis mu=
lierem. Joan.ij.⁊.xix. Infra mulieres ſin=
gulari humilitate: quam admirans Eliſa=
beth dixit Luc̄.ij. Unde mihi hoc ꝙ mater
domini mei venit ad me? vnde ſequit̄. Be
nedicta tu inter mulieres. Eſt etiam ſupra
mulieres imperiali auctoritate. Eſt enim
omnium domina, de quo Apocal̄.xij. Mu
lier amicta ſole ⁊c̄. Eſt etiam preter mulie
res virginali fecunditate. Ipſa eſt mulier
quam preparauit dominus filio ſuo. Geñ.
xiiij. Contra mulieres virtuali ſtabilitate
⁊ poteſtate. De ipſa dicit̄ Geñ.iij. Mulier
cōteret caput tuū. Inter mulieres miſeri=
cordi benignitate. De ea pōt dici illud ver=
bum Judith.viij. Ora ꝑ nobis qm̄ mulier
ſancta es. Ideo omnes mulieres ꝑpter eā
ſunt diligende. Ad Ephe᷒.v. Uiri diligite

vxores veſtras: ſicut chriſtus dilexit eccle= C
ſiam. Item propter eam ſunt omnes vene
rande.j.Pe.iij. Infirmiori vaſculo hono=
rem impartientes. Nam honor eſt exhibi=
tio reuerentie in ſignum virtutis. vt patet
j.Ethi. Nam aliqua virtus eſt ī viris: q̄ in
duplo inuenit̄ in mulieribus. Si caſtitatē
q̄ris. Ecce Suſanna q̄ potius mori voluit
q̄ꝫ contra legem dei agere. O quot ſunt vi=
ri frangētes mr̄imoniū. Si inuenitur vna
mulier frangens fidem: inueniunt̄ inter vi
ros centū. De ſanctitate ⁊ deuotiōe ſi loq̄=
mur: precellit mulier virum. Si de pietate
loq̄mur: ꝑcellit mulier virū. Iō dicit Aug.
Intercede ꝑ deuoto femineo ſexu. non di=
cit hoc de viris. Ergo ſunt honorāde. Ter=
tio aliquis eſt honorandus.ſ. ratiōe gene=
rationis. Sic parētes ſunt honorandi. Iō
dicit Ariſtote.ix.Ethicoꝝ. Diis magiſtris
⁊ parentibus non poſſumus reddere equi
ualens. Sed filij qui non honorant paren=
tes ſuos ſed vituperant: maledictioneꝫ in= D
currunt. Deute.xxiiij. Maledictus hō qui
non honorat patrem ⁊ matreꝫ. Ergo a for
tiori virgo glorioſa ⁊ ſemper benedicta eſt
ſuper om̄es patres ⁊ matres ſinceriter ho
noranda: cum ſit mater omnium noſtrū di
cēte Anſelmo. O domina ſi filius tuus fa=
ctus eſt per te frater noſter: nonne tu per
illum facta es mater noſtra? q̄a ipſe dicit.
Narrabo nomē tuū fratribus meis. Ideo
ip̄a de ſe dicit. Ego mater pulchre dilectio
nis ⁊ timoris ⁊ agnitionis ⁊ ſancte ſpei.
Eccle.xxiiij. Quia mater illius eſt qui pro=
pter pulchritudinē ſuā ab om̄ibus eſt am=
mirandus ⁊ ab omnibꝰ timendus diligen=
dus agnoſcendus ⁊ ſperandus. Ergo me=
rito debemus dicere cum marcella pediſſe
qua marthe. Beatus venter qui portauit
⁊ vbera que ſuxiſti. Dicit Ariſto. libro.j. re=
thori.cap.xij. Partes honoris ſunt ſacrifi=
cia recordationes in metris: ⁊ ſine metris
cōſtructio templi: antiqua prioritas: ſedes
monumenta: imagines: adorationes ⁊ do
na precioſa. Hec ſunt Marie excellēter at=
tribuenda. Primo deo propter ipſum ſacri=
ficium. dicēte beato Auguſtino.xxij.li. de
ciuita. dei.ca.x. Deniqꝫ illi talibus diis ſu=
is templa edificauerunt. Nos autē marty

O

E ribus noſtris non templa ſicut dijs ſed memorias ſicut hominibus mortuis: quorum apud deū viuunt ſpūs fabricam⁹ ⁊ non ibi erigimus altaria: in quibus ſacrificemus martyribus: ſed vni deo martyrum noſtra ſacrificia immolamus, hec Auguſt. Poſſumus ergo ſacrificare deo propter eum ſcȝ miſſam cantando ⁊ dicendo. De quo ſacrificio dicit Pſalmiſta. Sacrificium laudis honorificabit me. Dicit Ceſarius di.vij.c.iiij. Cū in dioceſi Cantuarienſi eſſet ſacerdos qdā idiota tpe btī Thome epī ⁊ martyris nullam ſciēs miſſam niſi de domina noſtra: quā quotidie celebrabat: ⁊ apud eūdem epiſcopū de hoc accuſaret̄ prohibitus eſt ob honorem ſacramenti a beato epiſcopo decetero dicere miſſas. Qui cū eſſet in tribulatione ⁊ egeret: beatamqȝ virginem iugiter inuocaret: illa ei apparens ait. Vade ad epiſcopum ⁊ dic ei ex parte mea: quatenus tibi reſtituat officiū tuuȝ. Reſpondit ſacerdos. Domina ego ſum paup ⁊ pſona deſpecta non audiet me. Beata virgo ſubiūxit, Tu dices p ſigno ꝙ cum tali hora ⁊ tali loco ciliciū ſuū diſſutuȝ reſartiret: ego F illud ex pte vna tenebā adiuuans eū: ⁊ ſtatim credet tibi. Mane ſacerdos acceſſit ad epm: ei beate dei genitricis deferens nuncium. Et cū ille diceret ſignū de cilicio ſanctus pontifex ſtupens ⁊ pauēs reſpondit. Ecce reddo tibi officiū tuū: ⁊ pcipio tibi vt tm̄ de dn̄a noſtra miſſam dicas vel cātes. Sił exemplū qꝺ ſequit̄ ibidē nota. Secunda pars eſt recordatio in metris ⁊ ſine metris: ⁊ ſic olim honorabant poete reges et principes ⁊ alios bene operātes: fingētes carmina aut ſcripta. Sic virgo benedicta eſt honorata metris ſcripture veterȝ ac noui teſtamenti: ſicut legitur in ſpeculo hiſtoriali. libro. viij. capi. cxx. ꝙ ſanctus Hildefonſus compoſuit inſigne volumē de eius ſanctiſſima virginitate: qꝺ ita ſetē dei genitrici placuit: vt ei ipm librum manutenens appreret: ⁊ p tali ope grās referret. hec ibi Tertia ps ē tēpla erigere: qꝺ olim fecerūt in honorē deoꝝ gentiles: g̊ ⁊ nos in honorē dei ⁊ btē ꝟginis debem⁹ tēpla erigere. Quātū in hoc btā virgo honorat̄: patet in hiſtoria de feſto niuis quam vide ⁊ plege.

Quarta eſt ei facere imagines: ⁊ ſic romani honorauerunt terrā: ⁊ vocat̄ apud eos alma mater: qꝛ multa de ea generant̄. Vel Cibeles quaſi cubeles a cubon quod eſt firmum. Proſerpina: eo ꝙ proſerpant fruges de ea, Veſta quaſi floribus ⁊ herbis veſtita: ⁊ eam pinxerūt ⁊ figurauerūt tanqȝ deam. Quia ſm Iſidoꝝ. xxiiij. ethimol. Videntes antiqui ꝙ terra mater eſt ⁊ nutrix omnium viuentiū coluerunt eam vt deam ⁊ fecerunt ſibi imaginem: quam alma matrem vocauerūt: quam ſedentem in curru collocauerunt: quia ipſa terra pendet in aqua ⁊ in aere. Clauē in manu tradiderūt: qa tellus in hyeme clauditur ⁊ in vere aperitur vt fruges naſcantur, Tympanū habet in alia manu pter figuram eius tympanalem, In capite eius coronaȝ de turribus: propter ciuitates ⁊ turres quas portat ⁊ ſedes circa eam in ſignum ꝙ cum omnia moueantur: ipſa manet immota, Galli ſeruiunt ei in ſignum ꝙ qui ſemine indiget terram oportet ſequi ⁊ colere, In eius preſentia leones proſternuntur: in ſignum ꝙ ipa omnia domat. Iſta alma mater ſignat beatam virginem ſm ꝙ eccleſia canit. Alma redemptoris mater. Hec eſt poſita in curru eccleſie. iij. Reg. ij. Poſit⁹ eſt thron⁹ matris regis: ⁊ ſedet ad dexteram eius. Ipſa tenet clauem miſericordie in manu: pquam regnū celoꝝ peccatorib⁹ aperit̄, Tenet tympanum iuſticie in manu aut potentiam: per quā demones terrētur. iuxta illud Cantico. vj. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. In capite eius habet coronam: quia eſt regina angelorum. Galli. i. angeli ſequuntur eā ſeruiendo ei. Leones id eſt peccatores debent corā ea proſterni, Quinta pars honoris eſt prioritas ſedis: ſcȝ dando ſibi primum locū in ſedendo. dicente dn̄o noſtro. Lu. ix. Cū inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouiſſimo loco: ne forte honoratior te ſit inuitatus. Queritur vtꝝ petm̄ ſit inanis glorie in eccleſia vł in menſa primū locū tenere. Reſpōdet magiſter Auguſti. de anchona ſup Matth. ꝙ ſtare vel tenere primū locū in eccleſia vł in menſa pōt referri ad officium ad ſtatū vel ad deſideriū vel appetitū ⁊ quodlibet non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A pōt eſſe pctm̄ inanis glorie. ſm Chryſoſto.
Nam ſedere in primo loco in eccleſia vel
menſa illis quibus conuenit ex officio non
eſt peccatum inanis glorie: ſed debitum iu
ſticie: quia ordo iuſticie ſic requirit vt ſupe
riores ⁊ primi in officio ſint primi ⁊ ſuperi-
ores in loco. Sed in loco primo ſedere illis
quibus ex officio non conuenit nec ex ſupe=
rioris mandato: ſed ſolum ex preſumptio=
ne: ſine nota ſuperbie ⁊ vicio inanis glorie
eſſe non poteſt. Si ergo refertur ad ſtatū:
tunc clericis quia dei miniſtri ſunt conue=
nit ſtare in primo loco: tam in eccleſijs q̄ȝ in
menſis: quia ratione ſtatus eorum cōmu=
niter ab hominibus pre alijs honorantur.
Et quia vident ſe ſemper ab alijs honora=
ri: cōiter viciuȝ inanis glorie plus habet in
clero ⁊ ſacerdotio locum q̄ȝ alia vicia cum
non ſemper hoc referatur in deum: ſed qñ=
q̄ȝ in laudem hominū. Si vero in primo lo=
co referatur ad deſiderium vel volūtatem
ſemper eſt vicium inanis glorie. Nam mul=
ti ſupbi ſedentes in nouiſſimo loco: cordis
tamē elatione videnť ſibi in primo ſedere.
Et multi ſedēt in pmo qui ſe in eorum con=
B ſcientia ⁊ reputatione in nouiſſimo ſede=
re exiſtimant. Non em̄ vitupauit eos dñs
qui primū locū tenent: ſed eos tm̄ q̄ amant
⁊ diligunt. dicendo Matth. xxiij. Ve vo=
bis q̄ diligitis primas cathedras ⁊ primos
recubitus ⁊c̄. Cum igiť beata virgo hic in
terris ex humilitate tenuit infimum locuȝ
merito iā in celis tenet ſuperiorē locum: q̇a
ſup oēs choros eſt exaltata. Sexta pars
honoris ſunt adoratiōes. dicit em̄ ſanctus
Tho. in. iij. di. ix. q. ij. ar. iij. q̄ btā virgo eſt
adoranda yperdulia adoratione: q2 nō ſo=
lum adoratur rōne ſui dulie: ſed etiaȝ rōne
filij vt mater dei. Ideo adorať inquātū p=
tinet ad chr̄m yperdulie: ſic etiam reges ⁊
principes debent adorari dulie. Et eſt du=
lia ſeruitus non ppter ſe: ſed ppter alium.
Sic venerať aliq̇s ſeruus ppter dñm. Et
ſic adoramus papam ppter chr̄m: q̇a tenet
locū chr̄i. Sic etiam reges ⁊ pncipes ado=
ramus dulie: q2 tenent locum dei. Sed btā
virgo ſolū tenet ſupremū gradū adoratio=
nis inter oēs creaturas. ſ. yperdulie. Sed
dubitať quib9 verbis debemus vti in ado=
ratione eius? Reſpōdeť q̄ verbis illis qui= C
bus eam angelus adorauit. Si enim ange
lus eam ſic adorauit: multo magis homo.
Vñ dixit. Aue gratia plena dominus ⁊c̄.
Item Bernar. Que eſt hec virgo tam no=
bilis vt ſaluteť ab angelo: tam humilis vt
deſpōſata ſit fabro? Secundo ppter tripu=
dium Ioannis: q̄ in aduentu virginis cuȝ
verbo non poſſet ſalutationem exprimere:
totum ſe excuſſit in vtero matris ſue ad re=
ſalutādam eam exultauit in gaudio. Dicit
ibi glo. q̇a lingua non poterat animo exul=
tante ſalutat. Tertium eſt reuerentia virgi
nis: q2 eſt regina celi. Ideo eſt adoranda:
veneranda ⁊ ſalutanda. pš. Aſtitit regina
a dextris tuis. ſicut qui adorat regē debet
etiam adorare reginam q̄ ſtat iuxta regeȝ.
Quartum eſt vitatio ingratitudinis. Ma=
gna em̄ eſt ingratitudo recipe tot bñficia a
beata ꝟgine ⁊ nō recognoſcere ⁊ nō regra
tiari ſibi frequenter ſalutando. Quintū eſt
altitudo contenti: ſcilicet que continenť in
ipſa ſalutatiōe: que tota plena eſt mirabili=
bus ⁊ altis myſterijs: que omnia redūdāt
in ſalutē noſtrā. Sextum eſt lucrum reſalu D
tationis. Qui enim libens ſalutat beatam
virginem reſalutať ab ea. Prouerbi. viij.
qui mane vigilauerit ad me. ſ. ad legēdum
vel cantādum mihi: Aue: inueniet me. Cu
ius exemplū patet in. s. Thoma cantuari=
enſi. Qui exiſtens iuuenis eam deuote ſa=
lutauit ⁊ imago ei porrexit preparamenta
ad celebrandum. de quo nota in eius legē=
da. Dico ergo vobis cum Apl̄o ad Roma.
vlti. Salutate mariam que multum labora
uit. ſ. chr̄m concipiendo: nutriendo: in egy=
ptum fugiendo: ad mortē eū ſequendo ⁊c̄.
Erat q̇dam miles inueteratus qui ordineȝ
ciſtercienſiū intrauit: q̄ſitus a magr̄o noui
cioȝ ſi ſciret orationem dñicam: negauit ſe
vnq̄ȝ diſcere potuiſſe. Fit labor inanis vt
diſceret. Et cum non potuiſſet precepit ab
bas vt ſaltem breuem ſalutationem angeli
cam diſceret. Quod cum multo ⁊ diutino
labore factum eſt. Et cum ſepius rumina=
ret ⁊ frequenti vſu tantam in ipſa ſaluta=
tione mentis dulcedinem concepit: vt cor=
di eius ⁊ ori ſola memoria Marie indeli=
biliter adhereret. Cōtigit poſtea illum mo=

E ri ⁊ inter fratres ſepeliri. Mira res de tu-
mulo eius non multo poſt arbor naſci igno
ti generis viſa eſt. Cuius folia litteris au-
reis inſignita. Aue maria gratia plena ⁊c̄.
notabiliter ſingula continebant. Ad locū
veniunt ⁊ arboris radicem ſcrutati ſunt di
ligenter: ⁊ eam de ore eius ortum inuene-
runt. Quarto modo aliquis eſt honoran-
dus propter ſenectutē. Unde Leuitici. xix.
Coram cano capite cōſurge: ⁊ honora per
ſonam ſenis. De hoc nota ſuperius in ſer-
mone de ſenib⁹. Sed virgo glorioſa ⁊ ſem-
per benedicta eſt matrona omnium nr̄oꝝ
ergo a nobis eſt honoranda. Quam filius
ſuus tantum honorauit: nonne eam nos
etiam debemus honorare? Dubitat̄ vtrū
virgo maria fuit filio ſuo tanq̄ ancilla vel
ſicut mater reputata? Rn̄r ꝙ honorauit eā
ſicut matrem. Patet primo in eius adoleſ-
centia. Lu. ij. Deſcendit cum eis in Naza-
reth ⁊c̄. Secundo in alioꝝ p̄ſentia. Joan.
ij. Quando ad petitionē matris conuertit
aquam in vinum. Tertio in eius abſentia.
Nā pēdens in cruce curā habuit de matre
F ſua dicens. Mulier ecce filius tuus. ⁊ Jo-
anni. Ecce mater tua. Quarto in fauora-
bili diligentia: qn̄ cum toto exercitu ange-
lorū venit obuiā matri ſue: quando de hoc
mūdo migrauit. Quinto aliquis eſt hono-
randus: quia ſanctificatus eſt. Sic omnes
ſacerdotes ſunt honorandi: quia ſunt ſan-
ctificati. Jō dicit dn̄s p̄ pphetā. Nolite tā-
gere chriſtos meos. i. vnctos ſacerdotes.
De hoc nota ſupius. Ergo magis btā vir-
go maria: que fuit in vtero ſanctificata: ⁊
ſicut ſacerdotes anteq̄ cōſecrāt corp⁹ chr̄i
ſunt ſanctificati ⁊ conſecrati: ſic beata vir-
go anteq̄ cōcepit filiū dei fuit in vtero ſan
ctificata. Sicut ipſi conficiunt corpus chr̄i
in altari cum quinq̄ verbis: ſic ipſa conce-
pit filiū dei in vtero cum quinq̄ verbis. Et
ſicut ipſi locāt ⁊ leuāt ⁊ portāt corp⁹ chr̄i in
altari: ſic ipſa portauit in vtero ſuo in mani
bus: in brachijs: q̄a eſt imago dei. Sic qui-
libet hō eſt honorandus: q̄a eſt ad imaginē
dei creatus: quia credendum eſt ꝙ quilibet
homo habeat aliqđ bonum q̄uis lateat p̄-
pter qđ eſt honorandus. Jō dicit̄ ad Phi-
lip. Jn humilitate ſupiores ſibi inuicem ar

bitrantes. Peccat tn̄ q̄s cum honorem ſibi G
exhibitum non refert in gloriam dei ſed in
gloriam vanā. Secundo cū quis querit ho
norem de pctō ſicut in choreis: cātilenis il-
licitis: in ſuperbia veſtiū: in torneamentis.
Unde Bernar. Quid eſt magis illicitum ⁊
periculoſum q̄ letari cum male feceris ⁊ in
rebus peſſimis exultare. Tertio cum pro-
pter honorē quē querit odit aliū qui plus
ab eo honorat̄ ⁊ non fauet illi honorē illū.
Qđ eſt contra charitatē p̄ximi ⁊ indigna-
tur ꝯtra eū q̄a eū honorat. ſicut fecit Amā
Mardocheo iudeo. Quarto cum quis ni-
miam complacentiam habeat in honore ſi-
bi exhibito: vt cū caputiū coram eo deponi
tur: vel eum dn̄m vocando vel domicellā
vel pulchrā dominā ⁊ ſanctū ⁊c̄. qn̄ in hu-
iuſmodi maiorem complacētiā habet q̄ in
deo tunc deum grauiter offendit. Quia di
cit Auguſti. Nullum pctm̄ eſt adeo veniale
qđ non fiat mortale dū placet. Eſt ergo ta-
lis honor ſuſcipiendus cū metu ⁊ reueren-
tia. vt patet. j. q. j. c. nō eſt. ⁊ eſt deo cū hu-
mili corde offerendus: dicendo cū pſ. Nō H
nobis dn̄e non nobis: ſed nomini tuo da
gloriam. Jdeo dicit apl̄s. Soli deo honor
⁊ gloria. Quinto cū dolent de hoc ꝙ non
honorant̄ ſicut alij vn̄ ſpernant̄. Vn̄ Frā.
petrar. li. ij. de re. vtri. for. c. xxxv. dic̄ diſci-
pulo ſuo. Spernor. Rn̄dit. Circa hoc ver-
bū vnū tria bona dixere eſſe aliq̄. ſ. ſperne-
re mūdum: ſpernere ſeſe: ⁊ ſpernere ſe ſper-
ni. Hoc tibi vltimo opus eſt. Sequit̄ infra.
Qđcūq̄ maximū eſt herodes peſſimus mi
ſerrimuſq̄ hoim: chriſtū ſpreuit. Hec ille.
Non em̄ debemus dolere ꝙ ab aliq̄b⁹ ſper
namur cū hoc chr̄o dn̄o accidit: nō em̄ de-
bemus q̄rere hic in p̄ſenti honorē: ſicut fa-
ciunt pagani ⁊ increduli q̄ non hn̄t de futu
ra vita: ſed debemus appetere honorē fu-
ture vite: vbi eſt honor ⁊ gloria ſempiter-
na: quam nobis preſtare dignetur ille qui
viuit ⁊ regnat ⁊ cetera.

¶ De honore quem tenemur eccleſie.

Honorem maternum obligamur ec-
cleſie. De qua ad Gala. iiij. Que ſur
ſum eſt hierl̄m mater nr̄a libera eſt.
Surſum eſt q̄ ad deſideriū. Vn̄ Tho. iiij.
Honorē habebis ad matrē tuā oībus die-

A bus vite tue: ⁊ gemitus matris tue ne vnqꝫ
obliuiſcaris. Dicit glo. ſup pſ̄. xxvj. Sicut
mr̄ carnalis in ſobole carnali qn̄qꝫ viciſſitu
dinē obſeruat: ita ſpirituali educatiōe ſctā
eccl̄ia eadem obſeruat. Primo enim in vte-
ro cōcipit puer. Scd̄o in vtero alitur. Ter-
tio in lucem emittit. Quarto manibꝰ mr̄is
geſtat. Quinto ablactat vt ad menſam pa
tris accedat validiori cibo alatur: ita ⁊ q̊s
ſancta eccleſia educat. Primo in vtero naſ
cunt. i. cōcipiunt: dū rudimēta chr̄iane fi-
dei in cathecismo ⁊ exorciſmo ſuſcipiunt.
Secundo in vtero aluntur dum in illis ru-
dimentis plenius informātur. Tertio per
baptiſmum ⁊ aliorū ſacramentoꝝ ꝑceptio
nem generantur. Quarto quaſi manibus
eccleſie portantur ⁊ lacte nutriunt dū ſim
pliciori ⁊ faciliori eccleſie doctrina imbu-
untur. Quinto ablactantur quādo a lacte
ſimplicis ſenſus accedūt ad menſam vt ſo-
lido veſcantur pane: cibo ſcilicet angeloꝝ.
Hec gloſa. De illis beneficijs eccleſiam nō
honorare ⁊ ei gratias non referre magna
ingratitudo eſt. Unde Bernar. ſuper Qui
habitat. Accipiendis indignus eſt: qui fuc
B rit de acceptis ingratus. Sunt tamen mul
ti filij eccleſie prochdolor valde ingrati: vt
ſunt eccleſiarum violatores: eccleſiarum
perſecutores: eccleſiarum ſpoliatores: ec-
cleſiarum exactores. Tales enim non ho-
norant matrem: quia ipſa omnium bonoꝝ
mater eſt. Sapientie. vij. Primi ſunt eccle-
ſie violatores: que violatur in multis caſi-
bus. Primo ſi fuerit combuſta: ⁊ in illo ca-
ſu eccleſia eſt conſecranda. Sed ſi tectum
vel aliquod huiuſmodi ⁊ non parietes: nō
oportet niſi eſſet eccleſia teſtudinata: q̄ per
cōbuſtionē deſtrueret enormiter: tūc opor-
teret. vt ptʒ extra de cōſe. ec. c. ꝓpoſuiſti. ⁊
de cōſe. diſt. j. ca. eccleſijs. vbi dr̄. Eccleſijs
ſemel cōſecratis non debet iteꝝ cōſecratio
adhiberi: niſi ab igne cōbuſte aut ſanguis
effuſiōe aut cuiuſqꝫ ſemie pollute fuerint.
Jdō attēdant quantū peccāt q̄ incendunt ec
cleſias. Tales debent penitere. xij. annis.
vt ptʒ. xvij. q. iiij. ca. Si quis eccl̄iam igne
cōbuſſerit. xij. annis peniteat ⁊ eandem ſe
dule reſtituat: ⁊ tales ſunt ipſo facto excōi
cati. vt patet extra de ſen. excō. c. tua nos
duxit fraternitas ꝯſulēda. Et īfra. Frater C
nitati tue taliter rn̄demus ꝙ nō ſolū hi qui
in clericos temerarias manus iniiciūt: ſed
etiā incēdiarij: ex q̊ ſunt ꝑ eccl̄iaſticā ſn̄iam
publicati ꝓ abſolutionis bn̄ficio habendo
ad ſedem apl̄icā ſunt mittendi. hec ibi. Sed
qn̄ nō ſunt denunciati pn̄t ab ep̄o abſolui:
vt ptʒ ibidē. c. nuꝑ. vbi dr̄. qn̄ cōditor cano-
nis ſibi abſolutionē nō reſeruat eo ipſo cō-
ceſſiſſe videt facultatē alijs relaxādi. Qui-
dā etiā extendunt hanc ſn̄iam ad incendia
rios domoꝝ religioſaꝝ. Scd̄o eſt recōcili-
anda: qn̄ eſt polluta effuſiōe ſanguinis: vt
patet de cōſe. di. Eccleſijs ſemel deo conſe
cratis nō debet iterū cōſecratio adhiberi:
niſi ſanguis effuſione pollute fuerint ⁊c.
Sed ſi polluit cimiteriū: nō ꝓpter hoc vio-
lata eſt eccl̄ia: qꝛ minꝰ nō trahit ad ſe maiꝰ:
ſed bene econtra. vt patet de conſe. eccle. li
bro. vj. c. ſi eccleſiam. vbi dicitur. Si eccleſi
am pollui ſanguinis aut ſeminis effuſione
contingat: ipſum cimiterium ſi cōtiguuʒ ſit D
eccleſie cēſet eſſe pollutuʒ. Unde antequā
recōciliatū fuerit: non debet in eo aliquis
ſepeliri. Secus ſi remotus fuerit ab eodē.
Non ſic quoqꝫ in caſu econtrario: vt vide-
licet polluto cimiterio ꝯ̄uis eccleſie conti-
guo debeat eccl̄ia reputari polluta: ne mi-
nus dignū maius aliquid acceſſoriuʒ prin
cipale ad ſe trahere videat. Hec Glo. Jo.
an. an. ſuper verbo ſanguinis dicit huma-
ni ⁊ animo iniurioſo. Unde ſi ibi occidatur
canis vel humanus ſanguis caſu effundit
eccleſia non eſt reconcilianda. Sed ſi in ea
occiditur homo ſine ſanguinis effuſione re
conciliabitur propter criminis horrorem.
vt patet de conſe. eccle. c. propoſuiſti. Etiā
ſi ſanctus homo in ea occideretur. Quia
quāuis ꝓpter ſanguinis effuſionem ſancti-
ficaret: polluit tn̄ propter peccatum occiſo
ris. Tertio violat ꝓpter effuſionem ſemi-
nis. ſ. humani. non canis. vt ptʒ de ꝯſe. di.
j. c. eccleſie. Ubi dicitur. Aut cuiuſcunqꝫ ſe-
mine polluta. Dicit glo. per fornicationē ⁊
adulterium. Dicit Joannes andree in ca.
ſi eccleſia. li. vj. de cōſe. eccle. vbi ſupra ſu-
per verbo ſeminis etiam vxoris. Caueant
ergo ſeculares cum tractant de amore et
fornicatione ꝙ egrediant eccleſiam aut ci-

E miterium: quia in his caſibus opoꝛtet ꝙ ec
cleſia reconcilietur ⁊ cimiteriū: ſi cōſecra-
ta ſint per aquā pontificalē que fit ex cine-
re ⁊ vino ⁊c. vt patet de cōſe. eccle. c. ꝓpo
ſuiſti. ⁊ c. aqua. Sed ſi non fuerit cōſecra-
ta: ⁊ violatur ſeminis aut ſanguinis effu-
ſione poterit eam reconciliare ſimplex ſa-
cerdos cū aqua exoꝛciſata. vt patet de con
ſecra. eccle. ca. ſi eccleſia. Quarto polluit
eccleſia ⁊ cimiteriū cū in eis tumulant coꝛ
poꝛa excōicatoꝝ: vt ſi iudeus vel paganus
vel excōicatus ī eccleſia vel cimiterio ſepe-
liant ſunt violata. vt patet extra de conſe.
eccle. ca. cōſuluiſti. vbi dicit. Cimiteria in
quibus excōmunicatoꝝ coꝛpoꝛa ſepeliri cō
tingat: recōciliãda erūt aſperſione ſolen-
niter benedicta: ſicut in dedicatione eccle-
ſiarū ſolet fieri ⁊ conſueuit. Hec ibidem.
Et illa coꝛpoꝛa ſi diſcerni poſſunt ſunt ex-
humanda ⁊ extra cimiteriū ꝓiicienda. vtꝫ
extra de ſepul. ca. ſacris. Idem fieri debet
ſi eſt in eccleſia: ſicut fecit beatus Marti-
nus. Nam legit in eius vita cū quidaꝫ ſub
nomine martyris coleretur: ⁊ a Martino
nihil de eius vita vel merito inuenire poſ-
F ſet: quadam die ſuper ſepulchꝛū ſtans oꝛa-
uit vt quis eſſet vel cuius meriti indicaret.
Conuerſus ad leuam vidit vmbꝛam niger-
rimam ſtare. Qui a Martino iuratus di-
xit ſe latronem fuiſſe ⁊ ob ſcelera ſua per-
cuſſum eſſe. Continuo ergo ſanctus Mar
tinus eū exhumari fecit. Quinto mō vio-
latur ſi per violentiam de eccleſia vel cimi-
terio aliquis abſtrahatur. Iſte caſus plus
eſt de conſuetudine ꝙ̄ de iure: quia eccle-
ſia tueri debet illos qui fugiunt ad eam: vt
patet. xvij. q. iiij. ca. reū. vbi dicitur. Reuꝫ
ad eccleſiam fugientem nemo abſtrahere
audeat: neqꝫ inde damnare ad penam vel
ad moꝛtē: vt honoꝛ eccleſie ꝯſeruet: ſed re-
ctoꝛes eius pacē ⁊ vitã ⁊ mēbꝛa obtinere
ſtudeant. Hec ibi. Idē patet. xxiij. q. v. ca.
reos ſanguinis defendat eccleſia: ne effuſi-
onis ſanguis particeps fiat. Idē patet ex-
tra de emu. eccle. ca. inter alia. Hoc habe-
mus ex veteri teſtamento. j. Macha. x. vbi
dicit ꝙ rex demetrius ſtatuit ꝙ quicūqꝫ fu
gerit in templū qđ eſt in hierl'm ⁊ in oībus
finibus eius obnoxius regi in omni nego-
cio dimittat. Idē venit ex ſtatuto gentili- G
um: ſicut dicit Auguſti. libꝛo. j. de ciui. dei.
ca. xxiiij. ꝙ Romulus ⁊ Remus azilū con-
ſtituiſſe ꝓhibent: quo cū qs ꝯfugeret ab oī
noxa liber eſſet augere querentes creande
multitudinē ciuitatis. Mirandum in hono
rē chꝛiſti preceſſit exēplū. Hoc cōſtituerūt
euaſoꝛes vꝛbis quod antea conditoꝛes. Et
hoc fecerunt illi vt ciuiū ſuoꝝ numerus cō-
pleret: quod fecerūt iſti vt ſuoꝝ hoſtiū nu-
meroſitas ſeruaret. Hanc hiſtoꝛiam reci-
citat Auguſtinus cōtra romanos aſſeren-
tes: dum populus romanus cultui multo-
rum deoꝝ fuit deditus: nō eſt paſſus talia
qualia tēpoꝛibus chꝛiſtianoꝝ: ⁊ ſemꝑ ſuc-
cubuerūt. Cōtra quos inducit ꝙ anno do-
mini quadringenteſimo duodecimo: quan
do roma fuit capta a gothis ꝓceptum erat
a rege gothoꝛum ſcꝫ Alarico prius ꝙ̄ vꝛbs
caperet: vt ſi q̄ in ſancta loca precipue apo
ſtoloꝛum Petri ⁊ Pauli confugiſſent ſecu-
ri ⁊ inuiolati ſinerētur. Deinde quantum
poſſent a ſanguine temperarent. Ecce quo
modo eis precipiebat ꝓpter reuerentiam
nominis chꝛiſti: quia in nulla hiſtoꝛia eoꝝ H
legitur: ꝙ hoſtes capta aliqua ciuitate pe-
percerunt fugientibus in templa deoꝛum
ſuoꝛū: ſicut ipſi ad loca apoſtoloꝝ. Et pro-
bat hoc per poetam Virgilium in Eneidis
de Pꝛiamo: qui tempoꝛe excidij troiani re-
gnabat: qui ad aram Iouis fugiēs ibidem
trucidatus eſt. Ideo quãtū ad illud exem-
plum Chꝛiſti alludens verbis Virgilij: ſic
dicit. Vidit Eneas Pꝛiamuꝫ per aras ſan-
guine fedantem: quos ipſe ſacrauerat ig-
nes: id eſt quibus ī ſacrificijs vſus fuerat.
Aliud exemplum Virgilij ponit ibidem: ꝙ
Diomedes ⁊ Vlixes ceſis ſumme cuſtodi-
bus arcis coꝛripuere ſacram effigiem ma-
nibuſqꝫ cruentis virgineas auſi diue con-
tingere vittas. Fuit enim palladium quod
dam ſimulachꝛū dee Palladis: de qua pro-
phetatū fuit ab Apolline ꝙ ꝙ̄diu troia ha-
beret palladium: tamdiu ſtaret eius impe-
riū. Trucidatis ergo troianis in captione
vꝛbis deliberauerūt greci qđ de his agen-
dum eſſet qui ad templa deoꝛum confuge-
rent. Et decretum eſt a grecis concoꝛditer
ꝙ necarentur. Et ſic Diomedes ⁊ Vlixes

A interfecerunt cuſtodes illius ſimulachri co
ram ſimulachro in arce. Tertiū exemplum
ponit Auguſtinus libro primo de ciuitate
dei.capitu. vj. de Marco Marcello: qui
Siracuſam vrbē ornatiſſimā cepit. De quo
fertur eam prius fleuiſſe ruiturā. Nec vſpi-
am legitur ab imperatore tam caſto fuiſſe
preceptū: vt quiſq̃ ſi ad illud templum fu-
giſſet haberetur illeſus. Et ſic patet ꝙ ro-
mani fuerunt per exemplum defenſati: ꝙ
nullus confugiens ad loca martyrum aut
ad eccleſias vel cimiteria eſſet per vim ex-
trahendus: etiā ſi iudeus vel paganus ibi
concurreret. vt dicunt Guilhelmus ⁊ In-
nocentius. C. de his qui ad eccleſiam con-
fugiunt. l. j. Fallit hoc tamen primo quan-
do eſt public⁹ latro: vt patet extra de emu-
nitate eccleſiaruꝫ. capitulo. Inter cetera.
De talibus intelligendum eſt quod dicitur
Exodi. xxj. Si quis de induſtria occiderit
proximū ſuum ⁊ per inſidias de altari meo
euelles eum vt moriatur. Qui percuſſerit
patrem ſuum aut matrem: morte moriatur
⁊ c. Extra de homicidijs. cap. j. Sic Joab
B fuit captus ab altari cum interfeciſſet ama
ſam. vt patet. iij. Regū. ij. Secūdo fallit in
illo qui eſt nocturnus depopulator agro-
rum. Tertio qui mutilationē membrorum
⁊ cedes in earum cimiterijs facit: quia fru-
ſtra inuocat legis auxilium qui cōmittit in
legem. Et ille caſus patet de emu. eccleſi.
ca. Immunitatem. Dubitatur ſi quis con-
fugiens ad eccleſiam obuiat ſacerdoti por-
tanti corpus chriſti ⁊ ei adhereat nunquid
defendetur. Reſpōdet Hoſtien. ꝙ ſic q̃uis
non ſit expreſſum in iure. Nam mulier que
tetigit fimbriam veſtimenti chriſti ſalua fa-
cta eſt. Matthei. ix. Sunt ergo templa dei
in magna reuerentia ⁊ honore habenda:
quia eſt mater noſtra in qua ſumus ſpiri-
tualiter generati: ⁊ ibi accepim⁹ ſacramē-
ta. Ergo peccant illi qui faciūt ibi iudicium
ſanguinis: cōtra illud qd̕ dr̕ extra de emu.
eccle. ca. Cū eccleſia dei ſm̄ euangelicā ve-
ritatē dom⁹ orōnis debeat eſſe: non ſpelun
ca latronū aut ſanguinis forum: ſeculares
iudices cauſas vbi de ſanguinis effuſione
⁊ corporali pena agit̕ in eccleſijs vel cimi-
terijs agitare ſub interminatione anathe-
matis ꝓhibemus. Abſurdū eſt eñ ⁊ crude C
le ibi iudiciū ſanguinis exerceri vbi eſt tu-
tela refugij cōſtituta. Secundo ibi non de-
bēt fieri placita ſecularia vt patet extra de
emu. eccle. li. vj. ca. decet domū dei. vbi di
cit̕. Sit ad eccleſias humilis ⁊ deuotus in-
greſſus: ſit in eis quieta conuerſatio: deo
grata: inſpicientib⁹ placita. Sequit̕ infra.
Nullus ibidē ſeditionē excitet ⁊ conclama
tionem moueat impetumue cōmittat. Ceſ-
ſent in illis vniuerſitatū ⁊ ſocietatum qua
rūlibet cōſilia: cōtiones ⁊ publica parlamē
ta. Ceſſent ibi vana ⁊ multo fortius feda
⁊ ꝓphana colloquia: ceſſent cōfabulatio-
nes quelibet. Sequit̕ ibideꝫ: ceſſentq̃ in ec
cleſijs ⁊ eaꝝ cimiterijs negociatiōes ⁊ pre
cipue nundinaꝝ ac fori aut cuiuſcunq̃ tu-
multus oīs in eis ſeculariū iudiciorū ſtre-
pitus cōquieſcat nulla inibi per laicos cau
ſa criminalis agitetur. Hec ibidem. Ter-
tio nō debꝫ ſuppellectilib⁹ occupari. vt ptꝫ
extra de cuſto. eucha. ca. relinqui. niſi pro-
pter hoſtiles incurſus aut incendia repen-
tina aut alias neceſſitates vrgētes ad eas D
oportet habere refugiū: ſic tñ vt neceſſita-
te ceſſante res in loco priſtina reportētur.
Quarto ibi nō debent fieri cōuiuia. vt ptꝫ
xlij. diſt. ca. Non oportet in baſilicis ſeu ec-
cleſijs agapem facere: ⁊ intus māducare:
aut accubitus ſternere. Quinto non debēt
incaſtellari. vtꝫ. x. q. j. c. Sanctoꝝ patrum
⁊ hoc ſub anathemate: niſi propter metuꝫ
hereticoꝝ ⁊ paganoꝝ. Et non debēt ibi fa
cere guerrā: nec ibi recipi qui guerram fa-
ciunt. ¶ Sexto nō debēt fedari hominum
ſtercore aut equoꝝ. Dicit eñ magr̕ in hiſto
rijs ſuper. ij. Macha. de Pompeyo roma-
no: poſtq̃ equos ī templum iudeoꝝ in hie-
ruſalē poſuit: nunq̃ poſtmodū in bello va-
luit q̄ tñ victorioſiſſimus añ fuit. ¶ Secun
di ſunt qui inhonorant eccl̃iam: ⁊ ſunt ei⁹
ſpoliatores: ⁊ tales ipſo facto ſunt excōica
ti. vtꝫ extra de ſen. excō. in. c. Cōqueſti. de
illis. ſ. qui ibi violentiam faciunt. ſ. crucem
frangēdo aut euchariſtiā effundendo: aut
furando: aut frangēdo ſunt excōicati. Ta-
les ſi ſunt denunciati nō pñt abſolui ab epi-
ſcopo: ſed ſolū a papa. Si vero nō ſunt de-
nūciati pñt abſolui ab epō. vt ptꝫ extra de

E ſen.excó.c.nup. Qualiter hoc pctm̄ deus
punit.ptꝫ Dan̄.v.de balthaſar rege. Qui
abſtulit vaſa de tēplo:de quibus bibit ⁊ co
medit: ⁊ vidit manū ſcribentem in pariete.
Mane thetel phares. Idē patet de helyo
doro.ij. Macha.iij. Nota ibidem ꝙ eſt ſa-
crilegium magnū. dicit Uale.li.j.de negle-
cta religione.ꝙ P. leuinius q̄dam noīe dū
eſſet in aſiam miſſus. Hic dum venit in tē-
plum ꝓſerpine ī quodā loco:idem templuꝫ
theſauro ſpoliauit: ⁊ ſtatim ſenatꝯ eūdem
reuocauit ⁊ incarcerauit. In quo carcere
fuit factus demens ⁊ furioſus ⁊ mortuus
eſt. Cuiꝯ bōa cōfiſcādo ſenatꝯ dee veſte du
plū reſtituit. Hec ille. Ecce quō fideles fue
runt gentiles dijs ſuis:ergo tales ſpoliato
res ſunt peiores q̄ꝫ gentiles. Et ſingulari-
ter dn̄i ⁊ p̄lati qui hoc ſciunt ⁊ nō puniūt:
ſiſes ī culpa ſunt ⁊ ſpoliāt clericos ⁊ mona
chos in bonis cū quibꝯ debēt deo ſeruire.
Cuius exēplum patet quod cōtigit in dio-
ceſi Beluacen̄. Ubi eſt quedam arida ſilua
⁊ ſterile quoddam ſtagnum iuxta ſiluam.
Cuius cauſam referunt incole loci talem:
F ꝙ miles quidam abſtulit eādem ſiluam cuꝫ
ſtagno per violentiam a quibuſdam religi-
oſis. Cuius cum abbas loci illius nec pre-
ce nec precio nec placitis recuperare poſ-
ſet ablatam ſibi poſſeſſionem venit ad locū
dicens ſilue ⁊ ſtagno. Sicut debitam ⁊ ve
ram iuriſdictionem in vobis habemus: ita
ſub interminatione anathematis vobis in
hibemus: ne de cetero fructus aut res ali-
quas producatis vnde gaudeant: qui vos
nobis iniuſte abſtulerunt. Et extūc ſilua a-
ruit: ⁊ ſtagnum ſine piſcibus permāſit. Sic
adhuc prelati facere poſſent eorum ſpolia-
toribꝯ ſi deifice ⁊ deuote viuerent. Simile
legitur in vita ſancti Remigij de quodam
molendinario ⁊c̄. Tertio inhonorāt eccle-
ſiam ipſius eccleſie perſecutores. De qui-
bus dicit Auguſtinus in ſermone de vno
martyre. Pugnauit inquit eccleſia prioribꝯ
temporibus aduerſus Leonem: modo pu-
gnat aduerſus Draconē. Sed modo victꝯ
eſt leo: vincitur ⁊ draco. Olim em̄ fuit leo
quilibet imperator tyrannus: qui propter
idola perſequebat̄ chriſtianos. Nam tenta
ti ſunt: ſecti ſunt in occiſione gladij mortui
ſunt. Ad Hebreos.xj. Circuierūt in melo-
tis ⁊ in pellibus caprinis: egentes: angu- G
ſtiati afflicti: quibus dignus non erat mun
dus ⁊c̄. Recitat Martinꝯ in chronica ſua.
ꝙ tempore Diocletiani imperatoris infra
decem dies.xxij.milia hoīm chriſtianoruꝫ
ꝓmiſcui ſexus interfecti ſunt. Et tūc papa
Marcellus timore ductus idolis immola-
uit. Hec perſecutio durabat vſqꝫ ad Con-
ſtantinum: qui dedit pacem eccleſie: ⁊ tūc
pugnauit cōtra draconē: id eſt hereticos.
Quia dicit Augu.vbi ſupra. Sicut leo ap-
te iraſcit̄: ita draco occulte inſidiatur. Sic
heretici occulte inſidiabant̄ cum falſa do-
ctrina: quales Arrius Manicheus Sabel-
lius ⁊ ceteri fuerunt. Sed nunc perſequi-
tur a falſis fratribus.i.a falſis chriſtianis.
vt ſcribentes ⁊ dictantes mala: machinan
tes ſtatuta cōtra eccleſiaſticā libertatē. Et
tales om̄es ipſo facto ſunt excōicati.vt ptꝫ
extra de ſenten.excó.ca. Nouerit fraterni-
tas tua. ꝙ excōicamus omnes hereticos
vtriuſqꝫ ſexus quocūqꝫ nomine cēſeantur:
⁊ fautores ⁊ q̄ decetero ſeruare fecerit ſta H
tuta edita ⁊ cōſuetudines introductas cō-
tra eccleſiaſticā libertateꝫ ⁊ poteſtatē: niſi
⁊ ea de capitularibus ſuis infra duos mē-
ſes poſt hmōi publicationem ſententie fe-
cerint amoueri. Item excōicamus ſtatua-
rios ⁊ ſcriptores ſtatutoruꝫ ipſorumqꝫ nec
non poteſtates conſules ⁊ rectores: ⁊ cōſi
liarios locorum: vbi decetero hmōi ſtatu-
ta ⁊ cōſuetudines edite fuerint vl' ſeruate.
Necnō ⁊ illos qui ſm̄ eos p̄ſumpſerint iudi
care: vel in publicā formam ſcribere iudica-
ta. hec ibi. Illi om̄es ſunt excōicati: ⁊ raro
vel nunq̄ꝫ ꝑſecutores bona morte moriun-
tur. Cuius exēplum patet in Iuliano apo-
ſtata. De quo nota ī paſſionali: quō ꝑ mer-
curium militem fuerat interfectus. Quar-
to inhonorant ſuam matrē.i.eccl'iam. De
quibus extra de emu.eccle.c. Non minus
vbi dicit̄. In diuerſis mūdi partibꝯ conſu-
les ciuitatū ⁊ rectores: necnō ⁊ alij q̄ pote
ſtatē habere vident̄: tot onera frequenter
imponūt eccleſijs vt deterioris cōditionis
factum ſub eis ſacerdotium videat̄ q̄ꝫ ſub
pharaone fuerit qui legis diuine noticiaꝫ
non habebat. Ille quidē oībus alijs ſerui-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tuti ſubiectis ſacerdotes ⁊ poſſeſſiones eo
A rum in priſtina libertate dimiſit: ⁊ de publi
co eis alimoniā miniſtrauit. Iſti vero one-
ra ſua fere vniuerſa imponunt eccleſijs: ⁊
tot angarijs eas infligūt: vt eis quod Hie-
remias deplorat cōpetere videatur. Prin-
ceps prouinciarum facta eſt ſub tributo: ſiue q-
dem foſſata ſeu expeditiōes ſeu alia queli-
bet arbitrent agenda de bonis eccleſiarū
clericorum ⁊ pauperum chri̅ vſibus deputatis:
volunt fere cuncta compleri. Iuriſdictio-
nem etiam ⁊ auctoritatem prelatorum ita
euacuant vt nihil poteſtatis eis in ſuis vi-
deatur bonis remanſiſſe. Quo circa ſub a-
nathematis diſtrictione fieri decetero ta-
lia prohibemus: niſi epiſcopus vel clericus
tantam neceſſitatem vel vtilitatem perſpe
xerit: vt abſq; vlla exactiōe ad reuelandas
cōmunes vtilitates vel neceſſitates vbi lai
corum non ſuppetunt facultates ſubſidia
per eccleſiā exiſtiment conferenda. Si aūt
conſules ⁊ alij decetero iſta cōmiſerint ⁊
cōmoniti deſiſtere noluerint: tam ipſi ꝙ fa
ctores eorum excōmunicationi ſe nouerint
B ſubiacere: nec cōmunioni reddātur donec
ſatiſfactionem fecerint competētem. Hec
ibi. Ex his patet ꝙ ſacerdotes debent eſſe
immunes ab omni actione ⁊ tributo ſecu-
lari. vt patet. xxiij. queſtione vltima. capi-
tulo. Conuenior ipſe. ⁊ §. quis. C. de ſa-
croſan. eccl. l. ad inſtructiones. ⁊ l. placet.
xj. queſtione prima. ſi tributum. xvj. queſti-
one prima. capi. generaliter. §. nouarum.
xj. queſtione prima. ſacerdotibus. Hoc eti
am patet ex lege diuina. Geneſ. xlviij. vbi
dicitur. Emit Ioſeph omnem terram egy-
pti videntibus ſingulis poſſeſſiones ſuas
propter magnitudinem famis. Subiecitq;
eam Pharaoni ⁊ cunctos populos eius:
a nouiſſimis terminis egypti vſq; ad extre
mos fines eius preter terram ſacerdotum
quibus ſtatuta cibaria ex horreis publicis
prebebantur. Ubi dicit glo. Nico. de lyra.
Erantq; deputati ad cultum deorum illius
populi: ⁊ etiam ad ſtudium ſcientiarū ſpe-
culatiuarū. ſm quod dicit phus. i. Metha. ꝙ
gens ſacerdotum egypti in primo ſtudere
cōceſſa eſt. Et Ioſephus li. antiquitatū di-
cit. ꝙ Abraam quādo deſcēdit in egyptum
docuit ſacerdotes in egypto aſtronomiam C
⁊ tūc in talibus ſcientijs ſtudere ceperunt.
Ideo a rege habebant victū. Unde ſubdit
ibidē. Ex eo tpe vſq; in pñtē diem in vni-
uerſa terra egypti regib⁹ qnta pars ſoluit.
Et factū eſt quaſi pro lege abſq; ſacerdota-
li terra q̄ libera ab hac cōditione fuit. Item
Eſdre. vij. dixit artarxerſes. Uobis quoq;
notum facimus de vniuerſis ſacerdotib⁹
⁊ leuitis cantoribus ianitoribus nathin-
neis ⁊ miniſtris domus dei: vt vectigal ⁊
tributum vos nō habeatis poteſtatē impo-
nendi ſup eos ⁊c̄. Et ſic patet ex lege diui-
na ⁊ humana: ꝙ ſacerdotes ⁊ clerici exem
pti ſunt ab omni tributo.

Explicit quartū preceptū.

¶ Incipit preceptum quintum.

## NOn occides

Iſtud eſt quintum preceptū
inhibens nocumentum pro-
ximo fieri quantū ad pſonā
ſcz non occidendo eam. Et D
eſt notandum ꝙ iſtud pceptum nō occides
fuit in lege nature inchoatum: ⁊ fuit in lege
Moyſi explicatū: ⁊ fuit in lege grē recte cō
ſummatū. Fuit eñi in lege nature inchoa-
tum. Nam qlibet homo inclinat alteri non
facere qđ ſibi non vult fieri: ⁊ alteri facere
quod ſibi velit fieri. Sed quilibet vellet ab
alio non occidi: ſed ⁊ magis ſibi miſereri: ⁊
ſic lege nature non tenet occidere proximū.
Secūdo fuit in lege moyſi explicatū. vt ptz
Exod. xx. vbi dr manifeſte. Non occides.
Tertio fuit i lege grē p chrm pfecte cōſum
matū. vt ptz Math. v. vbi Saluator dicit.
Audiſtis qr dictū eſt antiqs. Non occides.
Ego aūt dico vobis. Omis q̄ iraſcitur fra-
tri ſuo: reus erit iudicio. In quo non ſolū
occiſionē ſed etiā animi cōmotionē: que eſt
radix homicidij phibuit. Et h merito chr-
ſtus debuit facere. ſ. phibere radicem occi-
ſionis qđ non fecit lex Moyſi propter tria.
Primo quia maiori pcio fuit acqſita. Illa
nanq; ſanguine hyrcorum ⁊ vitulorum fuit ac-
quiſita ⁊ data pplo chrianorum: hec aūt ſan
guine agni imaculati ⁊c̄. Secundo qa ma-
iori premio eſt remunerata: quia illa remu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN